

De interpretatio. editionis secunde lib. sextus.

quia fieri potest. Rursus quod possibile est non est verum dicere quoniam necesse est. potest enim quod possibile est esse: idem non esse. Quare si de possibilitate im-possibilitas et necessitas recte dici non potest: eorum negationes possibilitati consentient: que sunt non im-possibile esse et non necessarius esse. Sed meminisse de-berimus eandem semper in omnibus de contingenti et de possibili rationes esse. De eo scilicet possibili quod cum adhuc non sit poterit tamen esse aut non esse. Ali-
am rursus consequentiam dicit hoc modo. Illi vero que est possibile non esse et contingere non esse illa que est non necessarium non esse et non impossibile non esse propter eandem causam hanc quoque consequentiam dicit. Illi enim que est possibile non esse et ei que est con-tingere non esse illa consentire, ait que dicit non ne-cesse non esse et non impossibile non esse. Hoc autem ideo quia quod potest non esse potest etiam esse. et rur-
sus quod contingit non esse contingit esse. At vero quod necesse est non esse illud non potest esse: quod autem impossibile est non esse, illud non esse non po-
terit, quare a possibili utraque discrepant. Namque pos-sibili tali que posse aliquid esse promittit: contrarium sentit ea que dicit necesse esse non esse. Rursus quia
possibilitas habet in se vim ut id quod potest esse: pos-sit et non esse: dissentit ab ea multumque discrepat que dicit impossibile esse non esse. Quod si sit propositio que predicat necesse esse non esse: et rursus que dicit
impossibile esse non esse a possibilitate dissentiunt. Recte nimirum harum negationes possibilitati con-sentire creduntur. Possibiles autem propositiones
voco huiusmodi que vel in affirmatione vel negati-
one possibilitatem aliquam monstrant altera parte non interclusa: ut que dicit possibile esse aliquid ab hac non intercluditur ea per quas dici potest possibi-
le esse non esse, vel si quis dicat possibile aliquid non esse, ab hac rursus interclusum non est: ut esse possit, atque ideo affirmationem que dicit posse esse possibile
voco. Nec minus eas que dicit aliquid posse non esse. Et in istis propositionibus quas Aristoteles ponit: in quibus dicit possibile non esse: non videatur ita dicere tamquam si hoc modo pronunciet: ut velit inten-
dere aliquid impossibile esse: cum dicit possibile non esse. Ita enim hanc propositionem dicit non quod pos-sibilitatem illam auferat: sed quod dicat possibile esse ali-
quid ut non sit. Subaudiendum enim est adiungen-dumque ad possibile verbum quod est esse: ut cum ille dicit possibile non esse: nos intelligamus possibile esse non esse id est possibile esse ut non sit. Tertiam conse-
quentiam ponit hanc in qua consentire dicit illi que est non possibile esse et non contingens esse illam que dicit necessarius non esse et impossibile esse, hoc ita planum est ut expositione non egeat. Quod enim non possibi-
le est: hoc fieri non potest. Quod fieri non potest ne-cesse est: ut non sit: quod autem necesse est ut non sit impossibile est. Recte ergo dicitur eas propositiones que dicit aliquid non posse esse et eas que dicit non con-
tingere esse consequi illas et que esse cum necesse esse ne-gant: et que impossibilitatem affirmant. Quod autem dicit tale est, non necesse esse contingens esse esse, necesse aut non esse non contingens esse, non contingens esse, necesse non esse, reliquam consequentiam in qua eas pro-
positiones que dicerent non possibile esse aliquid non esse: et non contingere non esse illis que proponerent ne-cesse esse: et impossibile non esse consentire dicit, neque illas habet hoc obscuritatem. Nam quod non est possibile

ut non sit: hoc impossibile est ut non sit, id enim quod dicimus impossibile esse idem valet tamquam si dicamus non possibile esse. Quod enim facit negatio in ea inter-pretatione qua dicimus non possibile: idem facit pri-
uatio in ea qua dicimus impossibile. Quod autem im-possibile est non esse: late patet quia necesse est esse. Ergo et quod non est possibile ut non sit: manifestum est quoniam necesse est esse, idem quoque et de contingenti dicendum est. Describit autem eas hoc modo, ut non solum mente et ratione capiantur: verum etiam subi-
ectis oculis facilius intellectus sit. Mos autem ut sit lucidior explanatio: de his duos facimus ordines: et in primo quidem eas posuimus que precedunt, in se-
cundo vero eas que sequuntur: ut sit multa facultas per se earum rationes non intelligentibus ad descripti-
onem tamen respicientibus que quas sequatur agnoscere.

Precedentes	Sequentes.
Possibile esse	Non impossibile esse.
Contingens esse	Non necesse esse.
Precedentes	Sequentes.
Possibile non esse	Non necessarium non esse
Contingens non esse	Non possibile non esse.
Precedentes	Sequentes.
Non possibile esse	Necessarium non esse.
Non contingens esse	Impossibile esse
Precedentes	Sequentes.
Non possibile non esse	Necesse esse
Non contingens non esse	Impossibile non esse.

Hac ergo descriptione facta quid Aristotele, comuni-ter de propositionibus universaliterque tractauerit nul-li solertius intuenti videtur ambiguum. Cetera vero que singulatim de eorum consequentijs disputauit: quam defatigari volumus lectores: sextum volumine expediet.

Libri sextus incipit.



Sextus hic liber longe commentationi ter-minum ponit: que quodam magno labore constiterit ac temporis mora. Nam et plu-rimorum sunt in unum coaccruate senten-tie: et duorum ferme annorum spacium continuo com-mentandi sudore consumpsimus. Neque ego arbitror quibusdam sinistre interpretantibus gloriose factum videri: ut quod dici breuiter posset id nos ostentatio-ne doctrine, non ad lectorum scientiam potius quam prolixitate ad fastidium tenderemus. Quibus respon-sum velim non hoc tam mendaciter esse sensuros: si prioris commenti perlegerent breuitatem: nam neque breuius explicari potuit angustissimorum obscuritas impedita sermonum: et quam multa ad plenam huius li-bri intelligentiam desint agnoscent. Quid autem utrumque opus legentibus utilitatis exhibeat: hinc fa-cillime mihi videtur posse perpendi. Quod cum hac secundam editionem in manus quisque primum sum-
pserit: ipsarum rerum spaciosa varietate confundi-tur: ut qui in maioribus mentem intendere nequit: editionis prime breuitatem simplicitatemque deside-ret. Quod si quis ad prioris editionis duos libros le-ctor accesserit: sumpsisse sibi ad scientiam quidam for-tasse videbitur, sed cum postremo hanc secundam co-gnouerit editionem: quam multa in prima ignoraret agnoscit: nec homines a legendo longum opus labo-re deterreat: cum nos non impedierit ad scribendum.

Sed

Sed ne ipsum quoque probemur tendi longius videatur. ad Aristotelem seriè et ad ea que de consequentia propositionum diligenter exequitur: reuertamur. Ea que cõiter vniuersaliterque de propositionibus et de earum ad seinuicem consequentis speculanda fuerat. In superiori ipsarum propositionum descriptione dispositum. Nunc vero que singillatim singulis accidunt diligentissimo tractatu persequitur. ait enim ita.

Ergo impossibile et non impossibile: illud quod est contingens et possibile: et non contingens et non possibile sequuntur quidem contradictorie: sed conuersim. illud enim quod est possibile esse: negatio sequitur impossibile: negationem vero affirmatio. Illud enim quod est non possibile esse: illud quidem quod est impossibile esse. affirmatio enim est impossibile esse non impossibile vero negatio.

Consequentia propositionum (vt superior descriptio docet) in possibile et necessariu facta est. qua rem illa quoque secuta est. vt ex contingens et impossibilibus propositionibus consequentibus diceret. Nam cum contingens recto modo possibili consentiat: impossibile conuerso ordine necessarium est: vt paulo post docuimus. Speculat ergo de possibili et contingenti et impossibile: quemadmodum ad seinuicem vel quas habeat consequentias: idque constituit hoc modo dicens: impossibile et non impossibile sequuntur quidem possibile et non possibile contradictorie quidem: sed conuersim. Hoc autem huiusmodi est. Scimus affirmationem priuatiuam esse eam que dicit impossibile esse. huius vero negationem non impossibile esse. Rursus affirmationem possibile eam que dicit possibile esse: huius negationem que proponit non possibile esse. Sequitur ergo affirmationem possibilem negatio impossibilis. nam quod possibile est idem est non impossibile. Alioquin ea que dicit non impossibile esse non sequitur possibilitate sequitur eius affirmatio. i. impossibile esse. Erit ergo que possibile est impossibile quod fieri non potest. Quod si impossibilitas possibilitatem non sequitur: non impossibile esse sequitur possibilitatem. At vero negationem possibilitatis sequitur affirmatio impossibilitatis. Nam quod non possibile est impossibile est. Eandem. n. vim obtinet negatio in propositionibus quam et priuatio. et de contingenti hoc modo. Nam quod contingens est esse: illud est non impossibile. nam si contingens et possibile sequuntur se: possibile vero et non impossibile consentiunt: contingens est et non impossibile idem designat. Rursus non contingens et impossibile idem videri poterit perspicienti: que non contingens quidem et non possibile idem sentiunt. Sed non possibile impossibile consentit. Quocirca et non contingens quoque impossibile aliquid esse denunciat. fit ergo vt affirmatio impossibilitatis contradictionem possibilitatis sequatur. Sed non vt affirmatio affirmationem: nec vt negatio negationem: sed conuersim id est vt affirmatio negationi: negatio vero affirmationi consentiat. Affirmationem namque que est possibile esse sequitur negatio impossibilitatis que dicit non impossibile esse: negationem vero possibilitatis que est non possibile esse sequitur impossibilitatis affirmatio: que proponit impossibile esse. Idem quoque et de contingenti dicendum est. affirmationem namque contingens sequitur negatio impossibilitatis, negationem

vero contingens sequitur affirmatio impossibilitatis. omnino enim quicquid de possibilitate proponitur: idem de contingentibus iudicatur. Disponatur ergo hoc modo primum affirmatio impossibilis: contra eam negatio impossibilis. Et sub affirmatione impossibili ponantur ex contingentibus et possibilibus: quas ipsa sequitur impossibilitas. Sub negatione vero impossibilitatis ille possibilis et contingens propositiones: quibus ipsa impossibilitatis negatio consentit. hoc modo.

Impossibile esse
Non possibile esse
Non contingens esse

Non impossibile esse.
Possibile esse
Contingens esse.

Patet ergo vt contradictiones quidem aliis contradictionibus consentiant. Quia in re illud quoque manifestum est: que affirmationes negationibus: negationes vero affirmationibus consentiant. sensus ergo totus talis. Sermonum vero ratio hec est. impossibile inquit et non impossibile. scilicet que est contradictio duas contradictiones id est illud quod est contingens et possibile et non contingens et non possibile sequitur quidem contradictorie. Nam vna contradictio impossibilis: et non impossibilis duas sequitur contradictiones id est contingens et non contingens possibile et non possibile. sed quamquam contradictiones sequatur alia contradictio: conuersim tamen sibi consentiunt. Nam quod est possibile esse sequitur negatio impossibilis. vt superior descriptio docet. negationem vero possibilis sequitur affirmatio impossibilis nam quod est non possibile consentit ei quod impossibile. Est autem affirmatio impossibilis ea que dicit impossibile esse. et quamquam inuoluta sit sermonum ratio: tamen si quis secundum superiores expositiones ad ipsius Aristotelem sermones superiores redeat: et quod illis deest ex nostra expositione compenset. sensus planissimus a ratione non deuiat.

Necessarium vero quemadmodum sit: considerandum est. Manifestum est autem: quoniam non eodem modo: sed contrarie sequuntur. Contradictorie autem sunt extra. non enim est negatio eius quod est necesse non esse: necesse est esse. contingit enim esse veras utrasque in eodem. quod enim est necessarium non esse. non est necessarium esse.

Possibilis atque impossibilis dudum comparatione didicimus: quod affirmationem possibilem impossibilis negatio sequeretur: rursus negationi possibilis affirmatio impossibilis consentiret. Querens ergo nunc quemadmodum possibilem et necessariarum propositionum fiant consequentie dicit non eodem modo in his euenire quemadmodum in illis euenit: que ex possibilis et impossibilis comparationibus nascuntur. in illis enim contradictiones opposite contradictiones rursus oppositas sequebantur: vt affirmationem negatio negationem affirmatio sequeretur. In his autem hoc est impossibile et necessariis non eodem modo est. sed contrarie quidem consequuntur contradictorie vero et opposite extra sunt et non sequuntur. Et prius quidem que sunt contrarie: que contradictorie disponamus. propositionis enim que dicit necesse esse ea que proponit non necesse esse contradictoria est.

De interpretatione editionis secunde liber. vi.

Ea vero quæ dicitur necesse non esse contraria: ut si quis dicat solem esse necesse moueri. huic est opposita contradictorie solem non necesse esse moueri. Contraria vero solem necesse esse non moueri. Possibile ergo propositionem sequitur contradictio necessaria. Contradictionem vero possibile non sequitur necessitas. Quod eueniret si in his sese opposite sequerentur. Sed potius ea quæ est contraria necessitati. Age. n. oppositioni quæ dicit possibile esse videamus quæ ex necessariis consentiat. Illa quidem que dicit necesse esse non ei poterit consentire. Quod. n. possibile est esse potest et non esse. quod autem necesse est esse non poterit non esse. Ergo si possibilitatem necessitas non sequitur: sequitur eam necessitatis contradictio non sequitur ergo propositionem possibilem ea quæ proponit necesse esse. Sed contradictio necessitatis quæ proponit non necesse esse. Sed contradictioni possibile necessitas non consentit. Neque. n. dicere possumus quoniam eam propositionem que dicit non possibile esse sequitur ea que proponit necesse esse. Sed potius contraria necessarie illa que dicit necesse esse non esse. Nam cum non possibile est: necesse est non esse. Disponatur. n. he. s. que sequuntur et sub his necessarie et que sit contradictio: que contrarietas ascribatur.



Nulli ergo dubium est: quin affirmationem possibilem sequatur necessariæ negatio: negationem vero possibilem non sequatur necessarium. sed potius contrarietas necessariæ: nam cum possibile esse sequatur contradictio necessitatis: que est non necesse esse: contradictio nem possibilem: que dicit non possibile esse non sequitur necessitas ipsa. Sed potius contraria illa. s. que proponit necesse esse non esse. Sensus ergo huiusmodi est. talis vero est ordo sermonum. necessarium vero inquit quem admodum sit. i. quas habeat consequentias considerandum est. Primum quidem definit dicens. Manifestum est quoniam non eodem modo. quo loco subaudiendum est quemadmodum in his que possibilem sunt et impossibilem: sed contrarie sequuntur: contradictorie vero extra sunt: et non sequuntur. Namque contradictionem possibilem non necessariæ contradictio: sed (ut supra docuimus) contrarietas sequebatur. Non. n. contradictio contradictioni in hac necessariæ consequentia consentiebat. Sequebatur namque possibilitatem illud quod est non necessarium. non possibile autem sequebatur ea propositio que dicit necesse esse non esse: non autem necesse esse. Sed rursus necesse esse non esse. et non necesse esse non sunt contradictiones. Sed non necesse esse quidem negatio necessariæ est: illa vero que dicit necesse esse non esse contraria necessariæ. contra se autem non sunt contradictorie. Possunt namque in vno eodemque simul inueniri. quod per hoc ait. quod dixit contingit. n. veras esse in eodem utraque. nam quod necessarium non esse non est necessarium esse: ut quoniam necesse est hominem quadrupedem non esse: non est necessarium hominem quadrupedem esse. Nam si hoc falsum est necesse erit hominem esse quadrupedem: cum necesse sit non

esse. Quocirca manifestum est quoniam simul aliqui inueniri possunt non necesse esse et rursus necesse esse non esse propositiones que cum contra se sunt. contradictiones non sunt. Causam vero reddens cur cum secundum possibilem comparisonem ad contradictiones sit reddita consequentia non eodem modo in necessariis potuerit euenire sic dicit.

Causa autem est: cur non sequantur similiter ceteris: quoniam contrarie impossibile necessario redditur idem valens. nam quod impossibile est esse: necesse est hoc non quidem esse: sed potius non esse. Quod vero impossibile est non esse: hoc necessarium est esse. quare si illa similiter possibile: et non possibile hec e contrario. Quoniam non significant idem necessarium et impossibile: sed (quemadmodum dictum) est conuersum.

Causa est inquit cur consequentia in necessariis ita redditur: quoniam necessarium semper impossibili contraria ratione consentit. Nam quod impossibile est esse necessarium est non esse. et rursus quod necesse est esse. hoc possibile est non esse. fit igitur contrarietas quedam nam cum impossibilitas esse habet necessitas non esse: et cum necessitas esse: impossibilitas non esse. Ergo idem valet impossibilitas et necessitas non eodem modo reddita sed si necessitas secundum esse: impossibilitas habet non esse redditur. et si impossibilitas secundum esse: secundum non esse necessitas. quare idcirco euenit ista contrario modo conuersio. nam ubi est impossibile esse: ibi est necesse non esse: sed impossibile esse et non possibile esse consentiunt: Igitur non possibile esse: et necesse non esse consentiunt. Nulli ergo dubium est idcirco necesse non esse sequi possibilem negationem: quoniam impossibilitas que sequitur possibilem negationem consentit ei que dicit necesse non esse. hoc autem ideo quia impossibilitas et necessitas idem valent (ut dixi) si contrarie proponantur. Quare quod dicitur hoc modo est. Causa autem est inquit cur non sequantur similiter ceteris. id est que secundum possibilem et non impossibilem facte sunt: quoniam contrarie impossibile necessario redditur idem valens id est contrario modo reddita et pronunciata impossibilitas necessitati idem valet. Nam si impossibile est esse: necesse est hoc non esse. Sed si est necesse non esse: hoc non est possibile esse. Nullus ergo dixerit quoniam necesse est esse sed potius quoniam necesse est non esse tanquam si ita dixisset. Nam si impossibile est esse: necesse est hoc non esse. Sed non putandum est: quoniam impossibile est esse hoc est quod necesse est esse. Quod si rursus impossibile est non esse. hoc necesse est esse. Conuersum igitur et contrarie impossibilitas necessitati redditur idem valens. id est contrario modo reddita et pronunciata impossibilitas necessitati. Quod si impossibilitas ad possibilem simili contradictione: et contradictionum conuersione consequentiam reddit: idem autem valet impossibilitas et necessitas contrarie predicata. Nulli dubium est quin recte hic contraria et non opposita fuerit consequentia. an certe ita exponendum est: quoniam in consequentia impossibilem: et non impossibilem ad eas que proponuntur possibilem et non possibilem eam quæ est non possibilem ea quæ dicit aliquid esse impossibile sequebatur contrarie vero impossibile idem valet quod necessarium manifestum est: quoniam similiter se habet id est eo modo quo dictum est impossibile ad consequentiam possibilem

lis et non possibilis. Impossibile vero ei quod est non possibile consentaneum sit id quod e contrario idem valet. id est necessarium non esse: id sequi eam propositionem: quam et impossibilem sequebatur. Est autem contrarie idem valens in possibilitati ea quae est necessarium non esse: sequiturque impossibilem eam propositionem: quae est non possibile esse: necessarium non esse igitur sequitur eam quae est non possibile esse. ut sit sensus hic. quoniam impossibile necessario idem potest e contrario. Similiter vero sese habet. id est eodem modo quo dictum est impossibilem consequentia ad eas quas dixi possibilem et non possibilem.

CAn certe impossibile est sic poni necessarij contradictiones. Nam quod est necessarium esse: possibile est esse. nam si non negatio consequetur. Necesse enim est aut dicere aut negare. quare si non possibile est esse: impossibile est esse. Igitur impossibile est esse: quod necesse est esse. quod est inconueniens: At vero illud quod est possibile esse: non impossibile esse sequitur. hoc vero illud quod est non necessarium esse. Quare contingit: quod est necessarium esse. non necessarium esse. quod est inconueniens. At vero neque necessarium esse sequitur possibile esse: neque necessarium non esse. Illi enim utraque contingit accidere: horum autem utrumlibet verum fuerit: non erunt illa vera. Simul enim possibile est esse et non esse. Si vero necesse est esse: vel non esse: non erit possibile utrumque. Relinquitur ergo non necessarium non esse: sequi possibile est esse. Hoc enim verum est et de necesse esse: hec enim fit contradictio eius quae sequitur non possibile esse. Illud enim sequitur hoc quod est impossibile esse: et necesse non esse. Cuius negatio est non necesse non esse. Sequuntur igitur et hee contradictiones secundum predictum modum. et nihil impossibile contingit sic positum.

Superius quidem propositionum facta conuersio ita est: ut possibilem propositionem: necessarii negatio sequeretur. atque his ita positum non euenit: ut contradictio contradictionem sequeretur: nec ut conuerso modo sequeretur: quoniam in illis scilicet eueniebat in quibus possibilem et impossibilem consequentia considerabatur: quoniam contradictio necessarii quod est scilicet non necessarium esse: sequebatur possibilem propositionem. Impossibile vero contradictionem non conuersa est necessitas. sed contrarium necessitatis. Hoc permutare volens intendit ita constituere consequentias: ut simili modo contradictio quidem contradictioni consentiat: sed conuersum. hoc autem hac ratione disponit. Dicit enim erravi fortasse quod necessarium et possibilem consequentiam ex possibili inchoaui et non ex necessario: ut hac eius consensione mentiretur. posuit enim precedens possibile esse: eique fuit consentiens non necessarium esse. Et hoc quidem superius. Nunc autem conuertit et dicit. An fortasse inquit errore lapsi ita has consequentias constituimus: ut primo poneremus possibile esse: huic autem adiungeremus velut consequens necessarii negationem quae diceret non necesse esse. An potius illud verum est: ut positio prius necessario necessitati possibilitas consentiens subsequatur. Videtur enim omnem necessariam propositionem possibilitas consequi. quod si quis negat illi consentendum est: quoniam negatio possibi-

lis sequitur necessitatem. In omnibus enim aut affirmatio aut negatio est. ergo si necessariam propositionem non sequitur possibilitas: possibilitatis negatio consequitur: ut ita dicatur. ergo recta consequentia ita dicit. quod necesse est esse non possibile est esse. sed dudum dictum est: quod ei propositioni quae proponeret non possibile esse impossibilitas consentiret. sed non possibile esse consequitur necessitatem: et impossibilitas igitur consequetur necessitatem. Erit itaque recta propositionum consequentia si necesse est esse impossibile est esse. sed hoc fieri non potest. Si igitur impossibilitas non sequitur necessitatem. sequitur autem propositio quae aliquid non posse esse denunciat impossibilem propositionem: necessarie propositioni possibilitatis negatio quae est non possibile esse non consentit. quod si hec necessarie enunciationi non consentit: consentiet affirmatio. Necesse igitur possibilitas consequitur. Erit ergo recta propositionum consequentia hoc modo. Si necesse est esse possibile est. Sed rursus alia nobis ex his impedimenta nascuntur. Nam si quis necessitati dicat propositionem possibilem consentire: quoniam possibilitati ea propositio quae dicit non impossibile esse: et rursus ea quae enunciat non necesse esse consentit: quod superior ordo preducit: erit ut necessarie propositioni consentiat ea quae dicit non necesse esse: erit igitur recta consequentia si necesse est esse non necesse est esse. sed hoc rursus est impossibile. quod si ita est: aliquid impossibile consequentibus propositionum permutandum est: ut possit ipsa sibi ratio consentire. Aut igitur illud primo inconuenienter dictum est: quod necessarii negatio affirmationem possibilem sequeretur: ut ea quae est non necesse esse sequatur eam quae dicit possibile esse vel certe illud non recte sensimus possibilem propositionem ad necessariam consentire. quod quia per absurdum est. nullus enim dixerit necessitati possibilitatem esse contrariam (euenit enim quod necesse est: hoc fieri non posse) rectaque est hec consequentia. Si necesse est esse possibile est esse: sit ut potius contradictio necessarii propositionem possibilem non sequatur. sed cum hec dicuntur illud intelligi placet: quod necessitate possibilitas sequatur: ut id quod est necesse: hoc possibile esse dicatur. Istud altius perspicentibus propositum est. Nam aliud est rem dicere: aliud esse possibile. illud autem quod per se possibile est: non modis omnibus sit necesse. Nam si necesse est: fieri non potest: ut non sit. quod vero possibile est et non esse potest. igitur quod possibile est et non esse potest. igitur quod possibile est non erit necesse. Dico autem quia neque ea propositio sequitur possibilitatem quae necessitati omnino contraria est: Est namque necessarie propositioni contraria ea quae dicit necesse est non esse. Hanc possibilitati consentire nullus impellet. Nam quod necesse est non esse: illud non potest esse. quod autem possibile est: illud esse et non esse potest. Necesse ergo propositionis quae secundum esse predicatur: idcirco non sequitur possibilitatem: quoniam possibilitas quaedam et non esse potest. necessitas vero quae secundum esse est: non potest non esse. Rursus necessitas quae secundum non esse predicatur: a possibilitate differt eamque non sequitur: quod necessitas ea quae secundum non esse dicitur: non potest esse. Impossibile vero et esse et non esse potest quod igitur ut neque opposita negatio necessarii possibilitatem sequatur: quae non necesse esse proponit: nec ipsa necessitas affirmandi quae dicit necesse esse neque huic

De interpretatione editionis secunde liber. vi.

contraria q̄ dicit necesse esse nō esse. Sed in his qua-
tuor videbunt est. n. necessaria affirmatio q̄ dicit ne-
cesse esse. huic opposita est ea q̄ predicat nō neces-
se eē. Rursus contraria necessitati affirmatio est q̄ di-
cit necesse est nō esse. huic opponit ea q̄ proponit nō
necesse est non esse: quod subiecta descriptio docet.

Necesse est esse

Non necesse est esse

Necesse est non esse

Non necesse est non esse

Si igit̄ neq̄ ea q̄ dicit necesse est esse: neq̄ huic op-
posita q̄ proponit non necesse est eē: nec necessitati cō-
traria cuius sn̄a est qm̄ necesse est non esse possibili-
tati consentit: restat vt ei consentiat quarta q̄ dicit n̄
necesse est non esse. que. s. quarta aliquatenus ēt ipsi
necessitati cōsentit: necessitas vō ipsi possibilitati mi-
nime. Q̄. n. qd̄ necesse est esse ⁊ possibile est eē ⁊ vt
non sit nō est necesse. Idcirco aut̄ hec propositio q̄ di-
cit: non necesse est non eē necessitati consentit: qz̄ ne-
cessitati quidē contraria est ea q̄ dicit necesse est non
eē: huic vō opposita est ea q̄ proponit non necesse est
non eē. Quare consentiet ei propositio: q̄ cōtradictio-
ria est sibi met opposita affirmationi. Qd̄ si qs̄ attēti-
us inspicit: ⁊ ad sup̄scriptū oīno reuertitur: facile
cognoscit. Si igit̄ possibile esse (vt dēn̄ est) sequitur
ea propositio q̄ dicit non necesse est non esse: negatio
nē possibile sequitur huic opposita q̄ dicit necesse est
non esse. erit itaq̄ h̄mōi consequentia. si possibile est
esse: n̄ necesse ē non esse. Rursus si non possibile est eē
necesse est non eē. Reversa est igr̄ illa cōsequentia q̄
contradictorie quidē fiebat: sed conuersis sicut supra
de impossibilibus dēn̄ est. h̄ n̄q̄ affirmationē possi-
biles negatio seq̄tur q̄ necessariū quidē destruit: sed
id qd̄ ad non esse ponit ea. s. q̄ dicit non necesse ē nō
esse. rursus negationē possibile affirmatio sequitur
necessaria que scdm̄ non esse ponitur. Est igit̄ hic
quoq̄ eadē conuersio: vt contradictio qd̄m cōtradi-
ctionē sequat̄ sed conuersim: vt affirmatio negatiōi:
negatio vō affirmationi cōueniat. Melius vō hoc si
sub oculis cadet liquere credimus. atq̄ ideo apertissi-
me sn̄am rei subiecte dispōnis nos ordo cōmoneat.

Impossibile est esse

Impossibile est nō eē

Non necesse est nō eē

Necesse est non esse

Omnis quidem sn̄a talis est. Ordo aut̄ sermonum
h̄mōi est. Postq̄ dixit de possibili ⁊ impossibili
consequentia: qd̄ contradictiones quidē cōtradictio-
nibus conuenirent sed conuersim. i. q̄ affirmatio ne-
gationi: negatio vō consentiret affirmationi. Hec
eadē inq̄t sequentia quēadmodū in necessariis eue-
niat videndū ē. Speculatus igit̄ ⁊ de necessariis idē
non reperit. nam cū dixisset necessariū negationē pos-
sibilitati consentire: affirmatio necessaria negationi
possibilitatis non consentit. Eiusdē rei reddens cau-
sas illud arguit: q̄ impossibilitas necessitati idē vale-
ret contrarie reddita. Quā rem emendare volēs ita
dixit. an certe inq̄t impossibile ē sic poni necessariū cō-
tradictiōes: vt negationē. s. necessariū possibilitati cō-
sentire diceremus. Addidit aut̄ dubitationē quādā:
q̄ ita sese h̄t. Nam qd̄ est inquit necessariū eē: illud
sine dubio possibile est esse. Mā si non. i. si qd̄ necessa-
rium est possibile non est: negatio possibilitatis con-
sequitur. Necesse. n. in oībus rebus aut dicere. i. affir-
mare aut certe negare. in oībus n̄q̄ rebus aut affir-
matio vera est aut negatio. quare si non possibile est

esse idest si hoc est nō possibile esse: q̄ impossibile est
fiet id qd̄ necessarium est eē. Sequitur autem ppo-
sitionem que dicit non possibile est esse illa que pro-
ponit impossibile est esse ⁊ fit aliquid impossibile vt
dicatur. igit̄ impossibile est esse id quod necesse est
esse. sed hoc inconueniens est. ergo id docuit q̄ neces-
sitate possibilitas sequeretur. Illuc autem aliud ad-
dit: qm̄ supra dixit possibili propositioni necessarie af-
firmationis negationē consentire. nunc de eadem re
dubitationem profert dicens. At vero illud qd̄ possi-
bile est esse: non impossibile esse sequitur. Mā quod
possibile est hoc non est impossibile. sed quod non ē
impossibile eē: non necesse est esse. ergo si non impos-
sibile est esse sequitur possibilitatem: non impossibili-
tatem autem sequitur id qd̄ d̄r̄ non necessariū esse:
seq̄turq̄ possibilem propositionē id quod dicimus nō
necessariū esse: nulli dubiū quin si necessitatem possi-
bilitas sequit̄: sequatur affirmationem necessariam
negatio necessariū. Quare contingit q̄ necessarium
est esse: id ipsum non necessariū eē quod est inconue-
niens. Constat ergo qm̄ affirmationē possibilem nō
sequitur opposita negatio necessarie affirmationi: id
circo q̄ illud remouendū est vt supra diximus ne se-
quatur possibilem affirmationem negatio necessarie
vt necessitatem possibilitas sequatur. Qd̄ quia fieri
nullo mō pōt: illud est remouendum: ne possibilitas
necessitati opposita negatio subsequatur. Igit̄
ea q̄ dicit non necesse est eē non sequitur possibili-
tatem. Et qz̄ hec oīa in medio tacuerat: sup̄dictis ad-
didit. At vero neq̄ necessariū sequitur possibile eē.
hoc. s. sententie includens possibilitati non consentire
necessarium. Nec hoc solum sed neq̄ illud quod dici-
mus necessarium non eē. hoc vt tractatū sit ipse pla-
nius monstrat. Illi enim idest possibili vtraq̄ cōtin-
git accidere ⁊ esse scilicet ⁊ non eē. horum autē idest
necessariū h̄m eē: ⁊ necessariū h̄m non eē: si vtrumli-
bet verum fuerit: non erunt illa vera. ⁊ hoc ipse ex-
ponit de possibili enim vtroq̄ ita dicit. Simul enim
est possibile ⁊ eē ⁊ non eē. hoc est ergo quod ait. illi
enim vtraq̄ contingit accidere. Sin vero inquit ne-
cesse est eē ⁊ non eē idest si non potest non esse: ⁊ non
poterit eē: non erit possibile vtrumq̄: vt si eē necesse
est non poterit non eē: vel si non eē necesse sit: non po-
terit eē. tres igit̄ propositiones non necesse eē. ne-
cesse eē necesse eē n̄ eē. possibilitatē non sequūt. Reli-
quitur ergo hoc idest vt quarta propositio que op-
ponitur necessarie secundum non esse affirmationi:
possibilitatem sequitur idest non necessarium non eē
sequi possibile eē. sed quia possibile consentit necessa-
rio: hec quoq̄ consentit necessario. Namq̄ hoc est
quod dixit: hoc enim verum est ⁊ de necessitate esse.
Mā quod necesse est eē non necesse est vt non sit. hec
igit̄ propositio que dicit non necesse est non eē con-
tradictio eius affirmationis est q̄ sequitur negatio-
nē possibilitatis eaz̄ scilicet que dicit non possibile eē
Nam cum affirmationem eam que est scilicet possi-
bile eē seq̄tur necessariū secundū non eē negatio ea q̄
proponit non necesse est non eē. Negationem possibi-
lem eam scilicet que proponit non possibile eē sequi-
tur affirmatio necessaria secundum non eē que dicit
necesse est non eē: quā eandē q̄ proponit non possibi-
le est eē que est scilicet negatio possibilitatis: impossi-
lis affirmatio sequitur q̄ proponit impossibile est eē.
hoc est ergo quod ait. hec. n. sit contradictio ei⁹ que
sequitur id quod est non possibile esse. Nam cū pos-
sibilem

siibilem affirmationem sequatur necessarie scdm nõ esse negatio que dicit nõ necesse est non eẽ: hec necessaria scdm non eẽ negatio contradictio est eius q̄ sequitur negationem possibilitatis. Illud. n. idest negatione possibilitatis seqtur: id qđ est impossibile: Mas cum negatio possibilitatis sit q̄ dicit non possibile eẽ hanc seqtur ea q̄ dicit impossibile est eẽ: cui cõsentit ea q̄ dicit necesse eẽ non eẽ. Seqtur igitur possibilis propositionis negatione ea q̄ dicit necesse eẽ non eẽ. cuius est contradictio ea q̄ dicit non necesse est nõ eẽ fit ergo id quoq; vt contradictio contradictione seqtur sed conuersum. Qđ ait per hoc eũ dixit. sequuntur igitur et he contradictiones s̄m predictus modũ eũ. s. vt affirmatio negatione: negatio vero sequat affirmatiõne. et nihil quidẽ erit vel inconueniens vel impossibile ita positis cõsequentis: vt affirmatiõne quidẽ possibile negatio necessariũ scdm nõ eẽ sequat: negatiõ nõ possibilis affirmatio necessaria scdm nõ eẽ cõseriat. qđ explicitis alias rursus adiicit dubitãoes.

Dubitabit autẽ aliquis si illud quod est necessariũ esse possibile esse sequat. nã si non sequat: contradictio sequet nõ possibile esse: et si quis dicat nõ hanc esse cõtradictione: necesse est ipsũ dicere possibile nõ eẽ. sed vtreq; false sũt de necesse esse. At vero rursus idem videtur esse possibile incidi et nõ incidi: et eẽ et non eẽ. Quare erit necesse esse contingens non esse. hoc autem falsum est.

Supra consequentias ita disposuit: vt precedens necessarium possibilitas sequeretur: nunc de eodẽ ipse ambigit. Siue. n. disponat consentire necessario possibile siue quis neget vtrũq; videtur incongruũ. Mã si quis neget possibilitatem necessitati congruere: id dicit qm̄ possibilitatis negatio necessarie propositiõni conueniet. Si quis. n. abnuat propositiõni q̄ dicit aliqd necesse eẽ consentire eam que proponit possibile esse: is illud abnuere non põt quin uegatio possibilitatis necessitati consentiat: eritq; integra consequentia: q̄ dicit si necesse est eẽ non possibile eẽ esse: qñ quidẽ illa falsa est consequentia q̄ dicit si necesse est eẽ possibile esse esse. Qđ si hoc fieri non põt: vt possibilitatis negatio necessarie cõsentiat affirmatiõni: illud verũ est affirmatiõne possibilem necessarie conuenire. Sed in hoc quoq; maior inerit difficultas. Omne nãq; qđ possibile est eẽ: possibile est et non eẽ. Sed si possibilitas necessitatẽ sequitur: erit id qđ necesse est vt possit eẽ et possit non eẽ s̄m nãm. s. possibilitatis: q̄ ipsi conuenit necessitati. sed hoc impossibile est: Non igitur possibilitas sequit necessitatẽ. q̄ si possibilitas necessitatẽ non seqtur: negatio possibilitatis sequit ea. s. que est non possibile esse: euenientq; ea rursus incõmoda que dudum cũ eum locus tractarem ex pressimus qđ si quis possibilitatis non velit esse negatione eam q̄ dicit non possibile esse: sed potius eam q̄ dicit possibile esse non eẽ. qđ qđ ille non recto ordine affirmatiõni negatione accõmodet: dictum supra sit quotiens cũ modo propositiones dicũtur ad modos ipsos potius negationes poni oportere qđ ad verba: dande tñ manus sunt: vt cum eo quoq; cõcesso quod ad defensionem vtile aliquibus videri possit: argumentationis falsas snãz fregerimus penitus atq; altius sit veritas constituta. Sit ergo negatio possibilitatis quã ipsi volunt. i. ea que dicit possibile eẽ non esse. sed hec quoq; necessitati non cõuenit. Si quis enim dicat qm̄ possibile eẽ necessariũ non seqtur: se-

quitur mox possibilis contradictio necessitatem. qđ si quis contradictione possibilis ponat eã que dicit possibile non eẽ: eamq; necessitati consentire putat: erit s̄m eum recta consequentia: si necesse est esse: possibile est non esse: sed hoc fieri non põt. quod. n. necesse eẽ esse non potest non esse. si igitur possibilitas non seqtur necessitatem. erit. n. quod necesse est contingens. Possibile namq; et contingens idem valent. negationes possibilitatis siue ea que dicit non possibile esse: siue ea cuius sententia est possibile est non esse: necessitati conuenient: sed vtrũq; impossibile est. qđ si hec non sequuntur: sequitur ea que est earum affirmatiõ idest possibilitatis. sed hoc quoq; fieri non potest vt sepius supra monstrauimus: Hec ergo huiusmodi questio in sequenti ordine ab ipso resoluitur.

Nunc autem quoniam questionis supradicte talis sensus est: verba ipsa sermonumq; ordo videatur. Ait namq;. Dubitabit autem inquit aliquis si illud qđ est necessarium esse possibile esse sequatur idest si necessitati possibilitas consentit. Mã si nõ sequit idest si negat aliquis vt possibilitas necessitatem sequat: cõtradictio consequẽt possibilitatis. Mã qđ possibilitas non sequitur: contradictio possibilitatis sequitur ea scilicet que dicit non possibile eẽ: et pretermisit qđ ex his eẽt impossibile. Hoc autem est vt si necessitatem possibilitas non sequatur et contradictio possibilitatis consentiat: sit recta consequentia si necessarium eẽ esse non possibile esse: quod est inconueniens. et si quis non hanc dicat esse contradictionem idest si quis neget possibilitatis contradictione esse que dicit non possibile esse illud certe necesse est ei dicere qđ possibilitatis contradictio ea sit que dicit possibile eẽ non esse. sed vtreq; false sunt de necesse esse. Nam quod necesse est: fieri non potest vt nõ possibile sit. Et rursus qđ necesse est: fieri non potest vt possibile sit non esse. Rursus videtur idem esse possibile incidi et non incidi. Possibilitas enim affirmatiõni negatiõniq; communis est. namq; et esse et non esse potest: quod possibile esse dicitur. hoc autem falsum est de necessario predicari. Necessarium namq; si est: non esse non poterit: si non est: nulla rõne contingit: qđ si quis dicat quoniã possibilitas necessitatem sequitur: eadem possibilitas consentit contingenti: et erit necesse esse contingens non esse: idest erit contingens id quod necesse esse predicatur. Mas si quod possibile est esse: potest non esse. quod autez potest non esse contingit vt non sit: non dubium est quin si necessitatem possibilitas sequitur: eam sequatur quoq; et contingentiã. sed contingens possumus dicere in negatione: vt dicatur contingit non esse est igitur quod necesse est esse contingens non esse. hoc autem falsum est. atq; hic quidẽ ordo sermonum est vt in aliis fere omnibus perplexus atq; constrictus. alias enim similitudo enunciationum: alias id quod deest implicitã reddit obscuramq; sententiam. qđ si quis Arist. verbis seriem nostre expositionis annectat: et qđ illic pp similitudinem confusum est: per expositionis nr̄e distinctione ac separatione disgreget: qđ vero in Aristotelis sermonibus minus est: hic cõpenset: sn̄e ratio totius elucebit. Nunc ergo qm̄ proposuit questione: eã continenter exequitur his verbis.

Manifestum est autẽ quoniam non oẽ possibile vel esse vel abulare: et opposita valet. Sed est in quibus non sit verus. et primus quidẽ in his que non

De interpretatione editionis secunde liber. vi.

- secundum rationes possunt, ut ignis calefactibilis est: et habet vim irrationabilem, ergo secundum rationem potestates eedem plurimorum etiam contrariorum sunt. Irrationabiles vero non omnes, sed quoad modum dictus est ignis non est possibile calefacere, et non calefacere neque quecumque alia semper agunt. Alia vero possunt et secundum irrationabiles potestates simul opposita, sed hoc idcirco dictum est, quoniam non omnis potestas oppositorum est, neque quecumque secundum eandem speciem dicuntur.

Cum de possibili et necessari consequentia dubitasset cumque si possibilitas necessitati consentiret: quod erat incommodum: vel si possibilitas, rursus necessitates sequeretur: necessitas ipsa cui possibilitas consentiret in se et esse et non esse susciperet. Illuc incongruentem ambiguitatem ratiocinabili argumentatione dissoluit dicens Non vere illud metuit: ne possibilitas necessitatem consequens ipsam nam necessitatis atque rigorem frangeret: ut id quod necesse est: in contingentiam permutetur, neque enim inquit omne quod possibile est esse et possibile est non esse. Sunt enim plura que unam tantum vim continent: et ad negationem nullo modo sunt apta: ut in his possibilitatibus que irrationabilis actus efficit. Nam cum sit possibile ignem calefacere: non est possibile ut non calefaciat. Quare hec potestas non potest opposita. Si qua enim potestas opposita potest: illa et non esse potest et esse et facere et non facere, que vero non potest opposita: unam rem tantum potest: que affirmationem tantum dat: negationem vero repudiat. Si quis enim ponat possibilitatem necessitati consentire: non idcirco iam necesse est ipsam necessitatem in contingentiam verti: cui contingentiam, scilicet possibilitatem consentit. Non enim inquit omne possibile utrumque potest, id est posse esse et posse non esse. Atque ideo non omne possibile contingentie consentit, docet autem hoc bis modis. In his inquit que non sunt rationem possunt: possibilitas que esse dicitur non valet opposita, ut ignem calefacere irrationabile est, nulla enim ratio est cur ignis calefaciat. Olim namque que naturaliter fiunt nulla ratio est, ergo hec quoque potestas irrationabilis est non possunt opposita, ut ignis non potest calefacere et non calefacere. Si enim utrumque possunt opposita possunt. Calefacere enim et non calefacere opposita sunt. Cum ergo irrationabiles potestates opposita non habeant agendi facultatem: illa que sunt rationem fiunt ad oppositorum actus poterunt retineri: ut quicquid ex voluntate et ratione conceptum est ad utrumque valeat. Medicinam namque mihi exercere et possibile est et possibile non est. Vel rursus ambulare et non ambulare. Quod enim quisque a ratione vel appetentia vult: hoc ex ratione venire debet. Et in his omnibus illa potestas est que ad utrumque valeat id est ad affirmationem et negationem ut sit, scilicet et non sit. In his autem que sunt irrationabilia licet in solis venire possit: ut ea potestas que dicitur non est possit opposita: tamen non omnis irrationabilis potestas opposita non potest: ut aqua est frigida et humida est, ergo et frigescere potest facile et humectari: sed eadem permutata in calidam potest frigescenti vim non habere: cum non possit humectandi amittere potestatem: dum aqua sit. Quocirca non omnis potestas valet opposita, sed valet quidem opposita potestas: ea que sunt rationabiles motus valuit. Illa vero potestas que opposita non valet: in solis irrationabilibus invenitur licet non in omnibus. Sunt enim irrationabiles potestates que utrumque possunt: ut id quod dicitur est de aque fri-

gore. Et tota quidem sententia vis talis est. Illuc quod sit sermonum ordo explicetur. Manifestum est inquit quoniam si omne possibile vel esse vel ambulare opposita valet. Quod ita dicitur esse manifestum est: non ut putaremus quod omne quod ambulare potest: vel quod esse potest: non possit opposita, id est non possit non esse, hoc enim, ut textus ostendit, sed nemo ita intelligat, potiusque sic dicitur videatur. Manifestum est quoniam non omne possibile ut possibile frequenter soleamus usurpare cum dicimus possibile esse ambulare: opposita valet. Neque enim omnis potestas affirmationi negationique convenit. Sed sunt quedam que unum tantum possunt: ut supra iam diximus atque hoc apertius intelligitur si ita dicamus. Manifestum est enim quoniam non omne possibile et opposita valet, quoniam, scilicet, possibile frequenter et de esse et de ambulare predicamus hoc ita cogitans facilius quis agnoscit: quid ipsius textus verba denunciant: cum etiam adimiculi quis debeat obscuris sensibus patientia atque consensu: quod ad sententiam potius dicentis spectet: et si sermonum ratio ita non habeat, hoc ergo ita constituto manifestum est, scilicet non omnes potestates opposita valere: sed esse quasdam in quibus non sit verum dicere quoniam opposita valet: et datur exemplum in his quidem que irrationabiliter possunt, id est non sunt aliqua rationem: quarum, scilicet, potestatum reddi ratio non potest: quod ipsarum sit natura: ut quoniam ignis calefactibilis est: idcirco de eo ratio reddi non potest, hoc namque illi naturaliter adest ut hec quidem ignis potestas non valeat opposita sed sit irrationabilis. Que vero rationabiles sunt et sunt rationabilem potestatem eedem plurimorum etiam contrariorum sunt. Namque quibus ratio dominatur: ad utrumque opposita natura ipsorum apta est: ut eedem potestates sint plurimorum que sunt contra ut si est mihi possibile ambulare: quoniam hoc ex ratione et voluntate fit: sit possibile non ambulare, et est hoc potestatis non unius sed plurimorum eorumque contrariorum: licet enim affirmatio et negatio sit quodammodo ambulare et non ambulare: tamen nunc ab Aristotele in contrarii vice disponitur, et hoc quidem in omnibus rationabilibus potestatibus planum est eas plurimorum esse contrariorum et opposita valere, que vero sunt rationem non sunt: licet sint quedam que opposita valeant non tamen omnia. Illam cum aqua frigefaciendi habeat potestatem quod irrationabile est: Est ei rursus alia potestas calefaciendi: cum ipsa sit calefacta: sed non in omnibus potestatibus irrationabilibus hoc inveniri potest. Ignis enim (ut dictus est) unam calefaciendi tantum videtur habere potestatem, hoc enim est quod ait, Irrationabiles vero non omnes, id est opposita valent: sed quoadmodum dicitur est: ignem non est possibile calefacere et non: daturque in omnibus regula que non sunt possibilia contrariorum ea scilicet que semper unam rem actu continent: ut ignis semper caleat, sol semper movetur: et cetera huiusmodi quod per hoc ait: quod dicit, Neque quecumque alia semper agunt: alia vero possunt quedam opposita: etiam sunt irrationabiles potestates: ut dictum est de aqua. Sed hoc idcirco dictum esse testatur ut cognoscere mus nihil evenire contrariorum: si quis diceret possibilitatem necessario consentire. Cum enim non omnis possibilitas contraria valeret: ea, scilicet, necessitati consentiret: que contraria non valet: sed unam rem semper agit, hoc est enim quod ait, Sed hoc quidem idcirco dictum est: quoniam non omnis potestas oppositorum est: nec quecumque sunt eandem speciem dicuntur quod ait, Nec quecumque sunt eandem speciem dicuntur tale est, Non modo omne

modo oē qđ dicitur possibile contrariorū esse nō pōt
sed ēt ea q̄ sub eadem specie sunt: quedā cōtraria nō
possunt: vt ea q̄ sunt irrationabiliū. Mā cum oīum ir
rationabiliū in eo qđ irrationabilia sunt: vna sit spe
cies: tñ ne in his quidē inueniri pōt vt in oībus eadē
sit contrariorū potestas: vt de igne qđ supra dcm̄ est.
Nam cū eius irrationabilis sit potestas: non tñ talis
est vt ad contraria transferat. Recte igit̄ dictū est:
qm̄ neq; q̄ sub eadē spē sunt poterunt oīa contrariorū
esse potentia. Nam cū ignis potestas cū aliis oībus
potestatibus irrationabilibus sub ea sit specie q̄ irra
tionabilis est potestas: tñ non valet opposita. Atq; hoc
quidē qđ attēptare possit totam questionē: non
tñ validissime dissoluere predixim⁹. Qđ vero maxie
dirigat dubitationes ambiguitatēq; constituat: ipse
continuata oratione addidit dicens.

Quedā vero potestates equoce sunt. Possibi
le. n. non simpliciter dī: sed hoc quidē quoniā ve
rū est vt in actu: vt possibile est ambulare quoniā
ambulat iam: z oīno possibile est esse quoniā iam ē
actu qđ dī possibile. Illud vero qđ forsitan aget
vt possibile est ambulare quoniā ambulabit: z hec
quidē in mobilibus solis est potestas. Illa vero z
in immobilibus. In vtrisq; vero verū est dicere nō
impossibile esse ambulare: vel esse: z quod ambu
lat iam z agit z ambulabile est. hic ergo possibile
non est verū de necessario simpliciter dicere: alte
rum aut̄ dicere verū est. Quare quoniam partem
vniuersale sequitur: illud quod ex necessitate est se
quitur posse esse: sed non omne.

Quid hec snia contineret quā nunc Aristo. pposuit
qnto quidē librorū diligenter expressimus z nunc eas
breuiter eequamur. Expositionis. n. cā doctrineq;
hunc fm̄ nobis expositionis sumimus laborē nō au
gēdi plicitate fastidii. Talis ergo est snia tota. Pos
sibile qđ frequēter in rebus dicimus nō simplr dī.
Atq; ideo qm̄ possibile a ptate traductū est: vt ipsa
quoq; ptas equiuocū est. Hoc hinc manifestū est qđ
quedā possibilitates ad hoc dicunt̄ non qm̄ agunt̄:
sed qm̄ vt agantur nihil impedit: vt si de aliquo sa
no corpore oībusq; aliis q̄ impedire poterant remo
tis sedente dicatur possibile esse ambulare eū: nō qm̄
ambulat: sed qm̄ vt ambulet nihil oīo p̄hibet. Que
dā vero possibilitates ita dicunt̄ qm̄ iā actu sūt atq;
agunt̄: vt si quis de ambulante hoīe dicat: possibile
esse eū ambulare. atq; ideo ea possibilitas q̄ non fm̄
actum aliquē dī: sed fm̄ id qđ posset agere dī eo qđ
agere non prohibet a potestate possibilitas noīatur
Hec vero que iā agit atq; in actu est: actus ipse pos
sibilitas appellat̄. Due vero sunt significationes pos
sibilitatis: vna que eā possibilitatē designat: que est
potestate: que fm̄ actū non sit. Altera que eā possibi
litate significat que actu sit. Hec at̄ possibilitas que
iam actu est: aut ex potestate ad actum transit: aut se
per in actu naturaliter fuit: vt cum hō ex eo quod se
det non ambulat potest ambulare: atq; ideo ex pote
state in actum vertitur. Sol vero cum mouetur: nū
q; ex potestate in actū vertitur. Neq; n. aliquando
hunc motum non egit. Neq; ignis vt nunc non cale
ret: aliquando non caluit. Ergo ea rursus possibili
tas que fm̄ actum aliquem dicitur duas intra se spe
cies continet: vnam que talem actum possibilitatis
designet: quemq; non esse non liceat, z hec dicit̄ ne

cessaria: que nunq; ex potestate i actū vertitur: sed
in actu naturaliter mansit: Alteram vero quā liceat
z non esse: que. s. ex potestate in actū migravit: z hec
non necessarium cū sit actu: z hec talis possibilitas q̄
ex potestate in actū vertitur: in solis mobilibus est
hoc est que moueri possunt hec autem sunt corpora
lia. incorporea vero non moueri: quibus rationib⁹
astruatur paulopost dicemus. Ille vero que semper
in actu proprie nature qualitate manserunt: z in mo
bilibus inueniuntur: vt igni calor qui semper actu z
nunq; fuerit potestate: z in his que sunt immobilia.
hec autem sunt incorporea z diuina. Quare possibi
litas ea que ex potestate in actum migravit solum
est corruptibilem z corporalem. Ea vero que sem
per actu fuit: diuinis corporalibusq; cōmunis est: vt
igitur tota ratio breuiter attingatur ita dicendum ē
possibilitas equiuoca est z multa significans. Est enī
vna possibilitas: que ipsa quidem cū non sit in actu
esse possit. Atq; ideo de ea possibilitas predicatur.
Est autem alia que iam est actu. hec autem que iam
actu est non equiuoca est: sed genus. habet enim sub
se species eam possibilitatem que actu quidem est: s;
ex potestate migravit. Aliam vero que actu est: sed
ex potestate non migravit. Et illa quidem que ex po
testate non migravit: ipsa dicitur necessaria que nun
q; relinquit subiectū. Illa vero que ex potestate ad
actum transit: sine vlla dubitatione dicitur non ne
cessaria. Idcirco qđ poterit relinquere aliquando su
biectum: sed de his vtrisq; scilicet que vel in potesta
te vel in actu possibilitates dicuntur: communis esse
poterit predicatio: si dicamus vtrasq; esse non im
possibiles. Nam z qui potest ambulare cum non am
bulet z qui iam ambulat verū est de his dicere quo
niam non est impossibile eos id agere quod possunt
agere vel agunt. Cum vero sub significatione possi
bilitatis duo sint: vna possibilitas que actu non est.
Alia vero que actu est. Illa possibilitas que fm̄ pote
statem dicitur necessarie non accommodatur: neq;
aliquando necessitati poterit consentire. Restat igit̄
vt sub ea possibilitate necessitas ponatur que actu ē
sed ea quoq; hz vnam spēm: per quam ex potestate
in actum migrat: que est non necessaria. Quare ne i
bac quidem poni potest necessitas. Restat igitur vt
quoniam id quod necesse est esse: nullus negat esse
possibile. Sub possibili autem est z ea que potestate
esse dicitur. Sed necessitas non ponitur: neq; sub ea
potestate que actu est z subiectum poterit relinque
re: sed ponatur sub eo actu qui subiectū relinquere
non pōt: vt sit necessitas possibilitas que actū z sub
iectum nunq; relinquat: eo quod ad actum ex pote
state non venerit. Spēs igitur quedam erit necessi
tas possibilitatis siquidem illic ponitur vbi est ea
possibilitas que actu semper est: quod si speciem se
quitur genus: z vbi est spēs genus deesse non potest
sequitur speciem suam. i. necessitatem generi propriū
id est possibilitas: sed non omne. Ea vero possibilitas
necessitatem non sequitur que potestate tñ est non
etiam actu: neq; ea que cum sit actu relinquere subie
ctū pōt: sed ea tñ que cū actu sit nunq; poterit a sub
iecto discedere. Sequit̄ ergo possibilitas necessitate
nihilq; euenit impossibile: sed ea vt dcm̄ est que in
actu sit: z nunq; in subiecto natura eē desistat. Tot⁹
quidem sensus hmoi est. rō vero verborū ita cōstabit
Quedā vero inquit potestates equoce sunt: s; hoc
idcirco dcm̄ est qm̄ non omnis potestas equooca est.

De interpretatione editionis secunde liber. vi.

Est enim potestas que ut genus sit ea. s. q. s. actus predicatur. Quemadmodum autem quedam potestates eoque sint exequitur dicens. Possibile. n. non simpliciter dicitur: et hoc partitum: sed hoc quidem quoniam verum est ut in actu: ut possibile est ambulare: quoniam iam ambulat: et omnino possibile est esse: quoniam iam est actu quod dicitur possibile. Hoc planius nihil potuerit demonstrari quam si illud possibile dicatur: quod iam agitur. Quod si quod possibile esse neget: hoc ait et fieri atque esse dicit quod impossibile est: sed hoc omnem modum rationabilitatis excedit. Aliam vero partem significationis possibilitatis hanc dicit. Illud vero quod forsitan agat et dat huius exemplum ut possibile est ambulare quoniam ambulabit. Non ergo quod iam agit: sed quod forsitan agat. i. quod ut agat forsasse nihil prohibet. Et hoc quidem inquit in mobilibus solis est potestas. hec. s. potestas que potestate dicitur non secundum actum. Mobilia vero ut dicitur est sola corpora dicit. Illa vero. i. que actu est: et in immobilibus. atque ideo addidit hoc cum dicit et in immobilibus: ut non suspicemur in solis esse diuinis actus possibilitatem: sed etiam in mortalibus atque corporeis. In vtrisque vero verum est dicere: non impossibile est ambulare vel esse quod ambulat iam et quod agit et ambulabile. In vtrisque inquit significationibus vna predicatio poterit conuenire: ut dicamus non esse impossibile vel ambulare quod iam ambulat: vel ambulare quod potest ambulare et non ambulat: quod per hoc ait quod diuinis ambulabile. Ambulabile enim est quod non quidem ambulat possit tamen ambulare. bis addit sic igitur possibile non est verum de necessario simpliciter dicere. i. sic possibile quemadmodum equivoce possibilitas predicatur: non est verum de necessario simpliciter et vniuersaliter atque omnino predicare: hoc est non omne possibile necessario consentit. Alterum autem. i. possibile verum est hoc est de necessario predicare. Illud scilicet quod secundum actum dicitur immutabile. Quare quoniam partes suam. i. speciem. i. id quod est vniuersale. i. genus sequitur: illud quod ex necessitate est: quod. s. species est possibilitatis: sequitur posse esse. i. possibilitas: sed non inquit omne. Nam illa possibilitas que in actu predicatur et relinquere subiectum potest non sequitur necessitatem: sed ea tamen que cum in actu sit neque ex potestate in actum vertitur neque poterit subiectum relinquere: Atque hec quidem que Aristoteles dixit huiusmodi sunt. Que vero nos distulimus ut doceremus immobilia esse diuina. Mobilia vero sola corpora vocari breuissime demonstrandum est. Sex motus species esse manifestum est: sicut in predicamentorum libro Aristoteles digessit: quod si hoc in physicis permutauerit: sed nunc ita ponamus tanquam si omnino sex sint. Si secundum nullas motus speciem moueri diuina atque incorporea ratio declarauerit: ordine conuincit non moueri diuina. Ergo que neque generantur neque corrumpuntur: neque crescunt: neque minuuntur: neque de loco in locum transeunt: quippe que plenitudine nature sue ubique tota sunt: nec de deo aliquid intelligi fas est: nec rursus aliquibus passionibus permutantur. Quod si secundum nullum horum motuum diuinorum rebus permutabilis est natura: manifestum est ea omnino non esse mobilia atque sex motus hos solis corporibus euenire. Atque hec quod de plurimis que de ea re possunt dici rationibus atque argumentis libasse sufficiat. Nunc quoniam Aristoteles consentire necessario possibilitatem non omnem docuit: et que ei conueniret expressit. Rursus de ipsorum consequentia et quid primo et quid posterius poni des-

bebat memoriter subiicit dicens.

Est quidem fortasse principium quod necessarium est et quod non necessarium est omnium vel esse vel non esse et alia quemadmodum horum consequentia considerare oportet. Manifestum est autem ex his que dicta sunt: quoniam quod ex necessitate est secundum actum est. Quare si priora sunt semper eterna: et que actu sunt potestate priora sunt. et hec quidem sine potestate actu sunt: ut prime substantie. Alia vero sunt actu cum possibilitate: que natura priora sunt: tempore vero posteriora. Alia vero nunquam sunt actu: sed potestate solum.

Postquam de possibili et necessario consequentia quid videretur exposuit: hec ad emendationem quodammodo superioris cardinis apponit. Et quoniam superius a possibili inchoans ceteras omnes propositiones ad possibile et contingens et ad eorum consensum reduxit. Illuc hoc rationabiliter mutat: ut non potius a possibilitate inchoandum sit: sed a necessitate. Nam si quis aduertat diligentius superiorem descriptionem: primo positum est possibile et contingens: et ad eadem cunctorum sensus relatus est. Illuc hoc permutandum videtur. Dicit. n. fortasse hoc esse rectius ut magis propositionum consequentia a necessariis inchoetur. Est autem totus sensus huiusmodi. Quoniam inquit necessaria semper eterna sunt: que autem semper eterna sunt: omnium aliorum que semper eterna non sunt: principia sunt: necesse est ut id quod necessarium est ceteris omnibus prius esse videatur: ergo consequentia quoque eodem modo faciende sunt: ut primum quidem necessitas: post vero possibilitas et cetera proponantur: suntque consequentia hoc modo.

Necesse esse

Non necesse esse

Non possibile non esse

Possible non esse

Vides ne igitur ut primo quidem necesse esse et non necesse esse propositum sit: secundo vero loco ad necessitatis cetera consensum consequentiamque relata sint. Hoc est ergo quod dixit fortasse principium quoddam esse omnium vel esse vel non esse id quod esset necessarium: ut a necessario speculandarum propositionum principium sumeretur: quod esse aliarum propositionum vel non esse secundum consequentiam consensum constitueret: et quoniam prius positum est necesse esse huic consentit ea que dicit. Non possibile non esse. Istius ergo propositionis que dicit non esse possibile ut non sit: que. s. non esse denunciat. Tollit. n. possibile: quod modus est principium est necessitas: cui sine ulla dubitatione consentit: et rursus quoniam ei que dicit non necesse esse consentit ea que dicit possibile esse non esse huius propositionis que aliquid esse constituit. i. possibile principium est ea propositio que dicit non necesse esse: Ergo siue affirmatiue necessitas proponat siue negatiue videtur quoddam principium esse ceterorum: et cetera velut his. i. necessariis consentientia iudicari oportere. Et hoc est quod ait. et alia quemadmodum ista consequentia considerare oporteret. Cur autem illud eueniat consequenter ostendit dicens. Quoniam ea que necessaria sunt actu sunt: ut frequenter supra monstratum est. Ea vero que necessaria sunt semper eterna sunt: que vero semper eterna sunt priora sunt his quorum sunt huiusmodi potestates que in actu nondum sunt. Manifestum est quoniam et que actu sunt et ex potestate

estate ad actum non veniunt priora sunt: sed de eo actu loquimur qui ex pte ad actum non venit: sed semper actu proprie nature constitutione permansit: vt cum ignis calet vel sol mouetur et cetera huiusmodi ita sunt vt actum nunq̄ relinquerint neq̄ ab his actus abfuerit aliquādo: neq̄ ex potestate ad hūc venerint actum: Quoniam ergo huiusmodi fuerunt vt semper essent: que autem semper sunt ea omnibus sunt priora: erunt etiam potestate fm propriam naturam priora: sed que priora sunt semper sempiterna sunt: et rursus eadem necessaria sunt actu et necesse ē vt ea que actu sunt his que sunt potestate priora sint. Post hec fit rerum diuisio ab Aristotele hoc modo. Rerum alie sunt actu semper qui ex potestate non veniunt: et iste sunt quarum nulle sunt potestates: sed semper in actu sunt. Alie vō que ex potestate in actum remigrauerunt: quarum quidem substantia et actus h̄z tempus posterior est potestate. natura vō prior. In omnibus enim illud quod est actu prius est et nobilius q̄ id quod potestate est. Illud enim quod potestate est adhuc ad actum festinat et ideo perfectio quedam actus est: potestas vō adhuc quiddam est imperfectum: quod tunc perficitur cum ad actum aliquando peruenitur. Quod autem perfectum est eo quod est imperfectum generosius et prius esse manifestum est. Nam si res que ad actum suum ex potestate venerunt prius fuerunt potestate. post vō actu: ergo actus earum rerum posterior est potestate si ad tempus referamus. prior vō eadez potestate si ad naturam: et hoc est quod ait. Alias res esse que cum possibilitate sunt et actu sunt: sed actum potestate tempore quidem posteriorē h̄nt: natura vō priorē. Quasdam autem res esse in quibus sola potestas sit nunq̄ actus: vt numerus infinitus. Crescere enim numerus potest in infinita. Quicumq̄ vero numerus dictus sit vel centum vel mille vel decem milia et ceteri finitus esse necesse est: ergo actu numerus nunq̄ est infinitus. Quoniam vō potest in infinita concrefcere. iccirco solum potestate est infinitus. Eodem quoq̄ modo et tempus. Quantumcūq̄ enim tempus dixeris finitum ē: sed quoniam tempus potest in infinita concrefcere: iccirco dicimus tempus esse infinitum quod potestate sit infinitum non actu. Nihil enim actu poterit esse in finitum. Quod autem supradiximus que semper actu essent primas esse substantias non ita putandum est. Primas cum substantias dicere quemadmodum in categoriis vbi primas substantias indiuiduas dicit. hic autem primas substantias que semper actu sunt: iccirco nominat qz vt dictum est que semper actu sūt principalia ceterarum rerum sunt: atq̄ ideo primas substantias eas esse necesse est.

Utrum autem contraria sit affirmatio negationi an affirmatio affirmationi et oratio orationi que dicit quoniam omnis homo iustus est ei que est. nulus homo iustus est. an omnis homo iustus est ei que est omnis homo iniustus est: vt Callias iustus est. Callias iustus non est. Callias iniustus est. que harum contraria est.

Post propositionum consequentias pertractatas et eas subtili inquisitione dispositas: illud exoritur inquirendum: quod magnam vtilitatez ita presert: vt quantum in eo vtilitatis sit prima quoq̄ fronte legentium mentibus ingeratur. Nam cum sit manifestum qm̄ affirmationem opposita negatio semper oppugnet

marimeq̄ perimat vlem affirmationem vniuersalis negatio. qm̄q̄ non ignoratur quod affirmatio priuatozia que contrarium affirmat ipsi quoq̄ cōtrarii perimat propōnem. Queritur que magis pimat magis q̄ oppugnet affirmatiuam vtrius ne ea que vlis negatio est: an ea que contrarii vel priuationis affirmatio sit enim positum hanc esse affirmationem: q̄ proponit Omnis homo iustus est. hanc ergo due perimunt p propositiones et vlis. s. negatio que dicit quoniam nulus homo iustus est: et ea que priuationem iustitie predicat affirmando ea. s. que dicit. omnis homo iniustus est. Affirmatio igitur que proponit. omnis homo iustus est perimit et a negatione propria vli: que dicit. nulus homo iustus est: et ab affirmatione priuatozia que proponit. omnis homo iniustus est. Cum igitur ab vtriusq̄ perimatur: que autez perimitur ei que eā perimit videtur esse contraria: qm̄q̄ vt dictum est a duabus perimitur: et due vnus contrarie esse nō p̄nt que duarum propositionum quas supra memorauim⁹. i. negōnis vlis et priuatozie affirmatiue contraria sit vli affirmationi superius comprehendente querendum est. In qua re q̄ sit vtilis questio nulus ignorat qui cogitat: qz nisi hoc ab Aristotele quesituz enodatum qz esset magna foret dubitatio an illud reciperetur: vt duo vnus possēt eē contraria: quod manifeste fieri non potest. Nam cum duo vnā rem perimant: quis esset qui dubitaret aut vnā rem duabus opponi: aut duabus vnā rem perimentibus queri oportere que magis earum viderēt cōtraria. Contrarias autem dicimus: non fm eum modum quem Arist. in predicamentis explicuit. sed tñ ad id quod res rem vel propositio perimit propōnem: vt quasi hoc modo queratur. Affirmatio vlis fm quam magis pimitur: vtrūne fm eam que vlis est negatio aut fm eam que vel priuationem predicat vel quodlibet aliud quod ex ipsa oppositione vim contrarii representet. vnde etiā illud latere non oportet vli esse dubium inter vlem affirmationem priuatoziaz: et vlem negōem: que eēt opposita contrarie. Supra enim iam dictum est affirmationi vli negationem vlem esse contrariam. Sed hic vt dictum est: non hoc dicitur: sed illud potius: q̄ magis perimat rem. Nam que magis perimit ea prope modum videbitur esse magis p̄ria. Atq̄ ideo non solum de vniuersalibus proposuit sed ne suspicaretur quis quod illam contrarietatem diceret quas vel in predicamentis loquutus est: vel rursus supra cum de vli affirmatione et negatione loqueretur: de particularibus adiecit: quibus non erant contrarie affirmatio et negatio. Nam si recte superius comprehēsa meminimus affirmatio vlis et negatio vlis contrarie eē dicebantur. Nec solum hoc sed etiam fm iustum et iniustum constituit questionem quod habitus et priuatio potius est q̄ vlla contrarietas. Quare vt dixim⁹ intelligendum est esse nunc in questione: que ppositio quam p̄pōnem p̄ime efficaciusq̄ destruat ac perimat. huius inquirende rei ratio existet hoc modo.

Nam si ea que sunt in voce sequuntur ea que sūt in anima. illic autem contraria est opinio contrarii vt omnis homo iustus est. ei que est omnis homo iniustus. etiam in his que sunt in voce affirmationibus necesse ē similiter sese habere. Quod si neq̄ illic contrarii opinatio contraria. est nec affirmatio affirmationi contraria erit. sed ea que est dicta negatio. Quare considerandum est: que opinatio

De interpretatione secunde editionis lib. vi.

vera false opinionem contraria est: utrum negationis an certe ea que contrarium esse opinatur.

Dico autem hoc modo. Est quedam opinio vera boni. quoniam bonum est. alia vero falsa quoniam non bonum est. alia vero que malum est. que nam ergo harum contraria est vere. et si est una. secundum quam contraria.

Hec est inuestigatio que magis sit vniuersali affirmationi contraria: utrumne priuatoria vltis affirmatio an vniuersalis negatio. Hinc sumitur quod omnis vere proprietates: quam in vocibus necesse euenire est: ex opinionibus venit quas voces ipse significant. Quod igitur querendum in vocibus est: hoc prius est in opinionibus perspicendum. Neque enim fieri potest ut cum vocum significationes ex opinionibus veniant. quas. scilicet voces ipse significant. non prius proprietates vocum in opinionibus reperiantur. Requiritur igitur est quemadmodum se ista in opinionibus posita habeat ut quod in his fuerit repertum: ad voces rationabiliter transferatur. Queratur igitur prius in opinionibus hoc modo. Si opinio priuatoria vltis affirmationis magis est contraria opinioni simplicis vltis affirmationis: quam opinio vltis negationis: manifestum est quam priuatoria vltis affirmatio magis perimit vltimam simplicem affirmationem quam vniuersalis negatio. Quod si illud magis non repererit: quod opinio vniuersalis negationis opinionem vniuersalis affirmationis magis perimat potius quam opinio priuatorie affirmationis. Constat quod vltis negatio magis contraria est vlti affirmationi potius quam priuatoria affirmatio. Hoc autem ut inueniatur: ita faciendum est: ponatur opinio quedam vera: contra eam due false: quarum vna affirmatio sit priuatoria: altera vltis negatio. De duabus igitur falsis quam mendaciorum rationem inuenit: eam dicimus vere opinionem magis esse contrariam. Sint igitur tres opiniones vna vera due false. et sit quidem vera hec que id quod bonum est bonum esse arbitratur: ea. scilicet. quam dicit Aristoteles opinionem esse boni quam bonum est: falsa vero vna que quod bonum est bonum non esse dicit: ea est quam dicit Aristoteles falsa boni quam non bonum. Reliqua que id quod bonum est malum esse arbitratur ea est que ab Aristotele dicta est opinio boni quam malum est. Ex his igitur tribus vna vera duabus falsis querendum est: que magis sit vera vere: sed quod contingit sepe et negationem et priuationem vnum significare in his presertim veris in quibus nulla medietas inuenitur. Addit et si est vna: secundum quam contraria. Hoc autem hinc est. in his veris in quibus nulla medietas est: idem negatio valet quod etiam priuatio. In his vero in quibus est quedam medietas affirmatio priuatoria et negatio non eiusdem significationis sunt. Age enim sint hinc contraria que sunt immediata genitum esse et ingenitum esse. In veris igitur immediatis idem priuatoria affirmatio quod negatio valet. In his autem que medietatem habent non idem. Neque enim equum est dicere quemlibet illum esse malum: et rursus non esse bonum. Nam cum bonum negatur potest aliquid medium audientis animus suspicari. Cum vero malum ponitur tota audientis suspicatio in verum reiecta est. Atque ideo non idem significant: sed quod sepe (ut dictum est) priuatio vel contrarietas negationi consentit: quotiens tales quedam propositiones reperiuntur in quibus nihil negatione discrepet priuatoria affirmatio: querendum est ut Aristoteli vis

detur secundum quam potius prolationem vel opinionem vere affirmationi vel opinioni contraria propositio vel opinio fiat. Quamquam enim interdum idem significet alio tamen modo ipsis propositionibus utimur. Nam qui negationem ponit: id quod est dicit non esse: qui vero priuationem id quod non est dicit esse. Cum igitur diuersum initium et diuersa intentio quodammodo sit propositionum sub eadem significatione: et que earum magis vere propositioni vera sit: et secundum quem motum animi magis vera propositio perimat querendum est. Hoc est enim quod ait: et si est vna secundum quam contraria. Non enim dicit quod omnia negatio et priuatio vnum sunt: sed in his in quibus idem sunt: hoc est in immediatis contrariis et quando idem significant: quam non secundum vnum motum animi vnam significationem dicunt qui contrarium vel priuationem ponunt: et qui negationem secundum quam contraria magis est propositio: utrum ne secundum eam que priuationem ponit: an secundum eam que negationem. Hec quemadmodum sit contrarietatis natura designat.

Nam arbitrari veras opiniones definiti in eo quod contrariorum sunt. falsum est. Boni enim quam bonum est. et mali quam malum est eadem est fortasse opinio et vera siue plures siue vna sit. Sunt autem contraria ista. sed non in eo quod contrariorum sunt contraria. sed magis in eo quod contrarie.

Sensus quidem breuiter expeditus: sed summa rationis veritate contextus est. Cum enim de contrariis disputat quemadmodum contrarie opiniones esse possint prima fronte disponit. Arbitrabatur enim quidam contrarias esse opiniones que de contrariis aliquid arbitrentur: sed hoc falsum esse conuincitur. Neque enim si bonum et malum verum est: et aliquid de bono et malo opinetur mori necesse est: ut contrarietas subsequatur. Age cum quilibet de bono opinetur quam bonum est: rursus de malo opinetur quam malum est. Cum igitur idem de bono et malo opinetur: illud quam bonum est: hoc quam malum tamen contrarie opiniones non sunt. Neque enim verum est opinari id quod bonum est bonum esse: et id quod malum est: malum esse: utrumque enim vere sunt. Opinionum autem veritas veritate et falsitate agnoscitur. Hoc autem modo hinc opiniones contrarie esse possunt: que de eadem quodammodo affectione animi proficiunt. id est. opiniones cognoscentes quodque quod verum est. Non igitur si quis veriorum aliquam opinionem habeat: et quodque de contrariis: arbitretur: statim necesse est subsequi in opinionibus contrarietatem: ergo non est veritas opinionum in ea arbitratione que veriorum est vel que de veris habet. Sed potest veritas in opinionibus tunc sit quotiens de vna eademque re contrarie quis opinatur: ut quilibet res sit proposita bona: de ea si quis contrario modo opinetur quam bonum est de eadem rursus quam malum est: opinio que id quod est bonum bonum esse putat vera est. Altera vero que id quod est bonum malum esse arbitratur: falsa est: Vera autem et falsa veritas sunt. Recte igitur has opiniones: que veritas falsitasque distinguit veritas esse dicuntur: et si non veriorum sunt: sed de vna eademque re per veritatem dicte. Recte igitur dicitur est non oportere definire veras opiniones in eo quod veriorum sunt: sed potius in eo quod de eadem re veritas suscipitur. ordo vero sermonum talis est. Nam arbitrari licet veras opiniones definiti in eo quod veriorum sunt. id est. in eo quod quedam de veris opinentur falsum est. Quomodo autem falsum sit ipse declarat. Boni enim quam bonum est: et mali quam malum est: eadem fortasse est. id est.

non sibi sunt *orie* opiniones: sed utreeque idem sunt. Quemadmodum autem idem sunt ipse subiungit dicens et vera. Idcirco enim idem sunt: quia vere sunt. Contrarietas autem in veritate ut dicitur est et falsitate est posita. Quare si consentiunt idem in veritate et in falsitate esse videbuntur. Nec hic numerositas impedit. siue enim plures siue una sit: in eo quod vere sunt idem sunt. Sunt autem inquit ista contraria. id est que in opinionibus versantur sed non in eo quod vel contrario sunt vel de contrariis arbitrantur contrarie opiniones inveniuntur: sed ipsorum contrarietas inde nascitur: quod de una re contrario modo opinantur. hoc est quod ait. sed magis in eo quod contrarie. hic autem contrarie adverbii loco positum est tanquam si diceret. sed magis ea re contrarie sunt quod contrarie opinantur: et subintelligimus de una. scilicet re. Si enim de una re non contrarie opinentur: sed de pluribus poterunt non esse contrarie. Quod facile cauteque perspicuus vnusquisque reperiet

Si ergo est boni quoniam est bonum opinatio. alia vero quoniam non est bonum. Est vero quoniam aliquid aliud est. quod non est neque potest esse. Aliarum quidem nulla ponenda est: neque quecumque esse: quod non est: opinantur. neque quecumque non esse quod est. Infinite enim utreeque sunt. et que esse opinantur quod non est et que non esse quod est. sed in quibus est fallacia. De autem sunt ex his ex quibus sunt et generationes. ex oppositis vero generationes quare est fallacie.

Validam quidem sententiam breuissimis sermonibus clausit: cuius ut breuiter dicendum sit hec vis est. Qui de contrarietate propositionum nosse querebat debebat primo que propositionum esset infinitas constituit: atque ad eam vim contrarietatis aptare. In omnibus enim contrariis vnum vni contrarium est. Si autem sit quedam in propositionibus infinitas: illa tota infinitas propositionum vni propositioni contraria esse non poterit. Hoc sumendo totum textum argumentationis ingrediatur. Atque non solum expectari oportet in propositionibus quod falsa vere sit contraria: sed quod inter omnes falsas: illa falsa sit vere *oria*: que una est et non infinita. Possunt autem esse infinite propositiones et falsae: potest una infinita eadem quoque falsa: que vere contraria esse rationabiliter ponenda est. Uolens ergo constituere quoniam negatio potius *oria* sit affirmationi: quoniam ea affirmatio que contrarius ponit. hoc dicit. Potest inquit esse opinatio quedam que id quod est de una quoque re esse opinetur. Est etiam alia que id quod non est rem illam esse arbitretur. Est autem alia que id quod secum habet res illa proposita non eam habere putet. Est rursus alia que id quod est res ipsa: non eam id esse arbitretur. Ut autem hoc peruagatum luceat: exemplum sumpsit propositum de quo opinaretur aliquis id quod est bonum. Si quis igitur hoc bonum bonum esse opinetur vere opinabitur. Rursus si quis hoc esse bonum quod non est bonum putet false opinabitur: ut si quis arbitretur quoniam bonum ledit: quoniam inutile est quoniam bonum iniustum est is ea de bono opinabitur que non sunt: et hoc falsum est. Rursus qui id quod in se habet bonum non habere arbitrat: is opinabitur hoc modo. bonum non est utile. bonum non est iustum bonum non est expetendum: et is quoque fallitur. Quod si quis sit qui hoc ipsum quod est bonum non esse bonum arbitretur. ut non putet bonum neque malum esse id quod non est: neque expetendum esse id quod in se habet sed id quod

est ipsum bonum. id est ipsam boni essentiam ita arbitretur bonum non esse bonum. Cetera igitur omnes opiniones infinite sunt. Possimus enim multa colligere falsa que cum non sint de vnaqueque re: ea tamen esse dicamus: ut in eo ipso bono possumus dicere: quoniam malum est: possumus quia turpe: quia iniustum: quia vitabile: quia piculosum est: et cetera quecumque in bono nullus inueniet et hec sunt infinite. Rursus possumus dicere ea que habet bonum non esse in bono ut si dicam bonum non esse utile: bonum non esse expetendum: bonum non esse quod auget. atque hec quidem rursus infinite sunt. Sed quando id quod est aliquid res aufert opinio hoc facere nisi semel non potest. Neque enim aliqua per id effici possunt: si quod bonum est non esse bonum arbitrat: ergo cetera quecumque aut id quod non est esse arbitrant: aut id quod habet in se bonum non habere arbitrantur false sunt: sed in infinitum. Bonum autem nunc ita usurpat: tanquam si dicat bonitas. Si quis autem ipsam bonitatem non esse bonum arbitret is et falsus est et definito modo falsus est. Sed in falsis que definita sunt et vna numero: ea magis et proxime veris videntur esse *oria*. vna enim res semper vni rei est contraria. Quocirca hec recte magis contraria est que negat id quod est potius quam ea que negat vel id quod in se habet: vel affirmat quod in se non habet. Hoc autem ut clauderet non recto sermone usus est: sed ad quiddam aliud orationem detorsit. que res confusionem non minimam fecit. Nam cum dixisset non debere nos illas potius ponere contrarias. vere opinioni que infinite sunt subiunxit. illud quod ait: sed in quibus est fallacia. hec autem sunt ex his ex quibus sunt et generationes. hoc autem tale sententiam claudit. inquit opiniones veris opinionibus opponendum esse contrarias in quibus principium est fallacie. fallacie autem ex his nascuntur: ex quibus est generationes. generationes autem in oppositis inveniuntur. hoc autem tale est. Omnis generatio ex permutatione eius quod fuit surgit: nisi enim id quod fuit: prius esse deserit non potest esse generatio. Omne enim quod gignitur in aliam quodammodo formam substantie permutatur. Ergo cum non fuerit id quod fuit tunc gignitur et est quoddam aliud quam fuerit: et qui fallitur id quod est quolibet res non esse arbitrat. Nam qui quod bonum est malum esse putat fallitur sed fieri aliter non potest: ut sit malum nisi non sit bonum: et de ceteris eodem modo. fallacia igitur est et principium fallacie: cum quis id quod est aliqua res non causa esse arbitrat: Nec autem fallacia ex his est ex quibus sunt generationes. Omnis enim generatio ut dixi: ex detrimento surgit: ut quod sit dulce non sit ex albo: sed ex non dulci. Et rursus quod sit album non sit ex duro: sed ex non albo. et cetera generationes ex generationibus potius proficiuntur: et est prima in fallacia. Quod si ibi prima fallacia ex quibus sunt generationes: vbi itegerrima falsitas est et proxima vere opinioni. Non hec autem nisi in oppositis reperitur: hoc est in affirmationibus et negationibus: dubium non est quin negationis opinatio magis contraria sit ei opinioni: quam contrarium aliquid in arbitratione confirmat. Et sensus quidem huiusmodi est verba autem sese sic habent. Si ergo inquit est boni: quoniam bonum est opinatio que scilicet vera est. Est autem quoniam non bonum est: que falsa est ac definita. Est vero quoniam aliquid aliud est: quod non est neque potest esse. id est ea que id esse ascribit quod non est: aliarum quidem omnium nulla ponenda est: neque quecumque esse quod non est opinatur. id est que id quod non est res proposita: eam esse putat: neque quecumque non esse quod est.

De interpretatione secunde editionis lib. vi.

.i. neq; ea que id quod bz res pposita in opinionibus negat. Cur autē ista non opinantē cōtrarie docet hoc modo. Infinite enim inquit vtreq; sunt: et que eē opinantur: qd non est: et que non esse quod est: sed q̄ magis ponenda est. In quibus est inquit fallacia. i. in quibus principium fallacie ē. Principium autē fallacie vnde ducitur: ex his ducitur. ex quib; sunt et generationes: vnde autem sunt generationes: ex oppositis. Omnis enim vt dictum est generatio ex eo quod non est id quod fuit quod. s. ad negationem vergit. Quare inquit etiam fallacia et principium fallacie in oppositis inuenitur: vbi etiam generationes: ex quibus est ipsa fallacia.

Si ergo quod bonum est et bonum et non malum est: et hoc quidem secundum se. illud vero secundum accidens. Accidit enim ei malum non esse magis autem est in vnoquoq; vera que secundum se est. etiam falsa siquidem et vera. ergo ea que est quoniam non est bonum quod bonum est eius que secundum se est falsa est. Illa vero que est quoniam malum est eius que est secundum accidens. Quare magis erit falsa de bono ea que est negationis opinio q̄ ea que est contrarij.

Licet hec oīa prime editionis cōmentario diligentissime explicauimus: ne tñ curta expositio huius libri eē videat. hic quoq; eadē repetens explicabimus. Est namq; ingressus huius argumentationis huiusmodi. Si inquit vera posita ppositione plures sunt: que eas perimunt false: illa inter eas vere ppositioni magis erit contraria: quecūq; magis est falsa. Querendum igitur est: que inter plures falsas propositiones magis falsa sit: vt ea vere ppositioni magis videat esse cōtraria hoc autē per veritatem dicendum est. Nam cum vere et per se aliquid dici possit. et per accidens: Illud tñ maxime veritatis naturam tenet: quod s̄m rem ipsam dicitur potius q̄ qd s̄m accidens venit: vt si quis de bono opinet: qm̄ bonū est: hic s̄m rem ipsam veram opinionem bz. Sin quis vō arbitretur qm̄ bonum vtile est: verum qdem opinabitur: sed ista veritas de bono per accidens sit boni. Accidit enim bono vt vtile quoq; sit. Quare illa que bonum bonū esse arbitratur per se vera est. i. s̄m ipsam rem vera est. Illa vero que id quod bonum est vtile esse opinat: per accidens boni vera est. In quam rem p̄p̄inior nature bonitatis est ea que id quod bonum est: bonū esse arbitratur: quam ea que id quod bonum est: vtile. q̄ si ita ē: verior est illa que s̄m ipsam rem vera est: potiusq; ea que est s̄m accidens vera esse videtur. His igitur ita cōstitutis et de falsitate idem dicendum est. falsa enim propositio que illi vere contraria est: ea que scdm se est magis falsa est q̄ ea: que eas verā perimat. q̄ s̄m accidens est. Illam si verior est ea que de ipsa natura rei verus aliquid opinat: illa erit magis falsa que perimit veriorē: quod si illa q̄q; sit vera minus tñ qz de rei accidente pronunciat: minus quoq; illa erit falsa: que minus veriorē perimit. His igitur ita constitutis videmus nunc quēadmodū se in his habent opinionibus vel propositionibus de quibus nunc tractatur. idem igitur sit exemplum vt supradictum est. id qd bonum est: et bonum est: et non malum: sed qd bonū est: s̄m ipsam rem est. Quod vō malum non est: accidit ei. nam id quod bonum est p naturam bonum est. qd vero malum non est scdo loco et quasi accidenter est

Ergo opinio de bono qm̄ bonum est: verior est p̄p̄inior nature ea opinione que est de bono: qm̄ malum non est. Si igitur ita est: et ea que veriorē opinionem perimit: magis falsa est: quā ea que verā que q̄q; vera sit minus tamen est vera: manifestum est qm̄ negatio magis falsior est q̄ affirmatio: que r̄rium ponit. Nam negatio dicit non est bonum quod bonum est. affirmatio vō malū esse quod bonum est: negatio que est non esse bonum quod bonum est. Illa secundum se opinionem veram perimit que dicit bonum esse quod bonum est. Illa vō affirmatio contrarij: q̄ est malum esse quod bonum est. illam opinionē perimit veram que de bono s̄m accidens est. i. nō malum esse quod bonum est. Constat igitur magis falsa eē opinionem que dicit non eē bonum: quod bonum est potius q̄ ea que opinat malum eē quod bonum est. Quod si est falsior magis contraria magis igitur contraria est negationis opinio q̄ contrarie affirmationis. Expedito igitur sensu verba ipsa demonstranda sunt. Si ergo inquit qd bonum est sit bonum et non sit malum et hoc quidē s̄m se. i. ut quod bonum sit: bonum esse dicatur. Illud vero s̄m accidens. hoc est qd bonum est: ut malum non sit. Accidit enim ei malum non eē. magis autem in vnoquoq; est vera: que s̄m se est. Nam qd scdm vniuscuiusq; naturam est p̄p̄inior est ei rei cui est s̄m naturam. Quocirca et veritas s̄m rem: qz rei proxima est: verior est: q̄ ea que s̄m accidens est. hoc est enim quod ait: Magis autē in vnoquoq; est vera que s̄m se est: qd si hoc ita est etiā falsa. i. etiam illa falsitas est magis falsior q̄ illam perimit opinionem vel propositionē: que s̄m se vera est. Siquidem illa s̄m se vera: verior est q̄ que s̄m accidens rei vera est. hoc est enim quod dicit. Siquidem et vera. hoc igitur exponens exemplo confirmat. Ergo ea que est: qm̄ non est bonum quod bonum est: eius que s̄m se est falsa est: hoc est illa que opponitur illi opinioni que s̄m se vera fuit. hoc enim hec verba demonstrant: quū dixit. Ergo ea que est: qm̄ non est bonum qd bonum est eius que s̄m se est falsa est. i. q̄ ipsum bonū negat bonum esse per se vere propositio falsa est. i. opposita: falsitas enim veritati opponitur. Illa vero que est quoniam malum est: eius que est s̄m accidens. hoc est illa opinio: que id quod bonū est: malum arbitratur esse: falsa est: et apta ei propositioni. que est s̄m accidens vera idest que opinabatur bonum non esse malum. Quare magis erit falsa de bono: ea que est negationis opinio: q̄ ea que est contrarij idest magis contraria est negatio q̄ affirmatio contrarij. Siquidem cum sint de bono vtreq; predicatē: falsior tamen negatio reperitur. Sed quod dixit bono accidere: vt malū non sit: non ita intelligendum est quemadmodum solem dicere: s̄be aliquid accidere. Neq; enī fieri potest. s̄z accidere hic intelligēdū est scdo loco dici. principaliter enī quod est bonū d̄ bonū: Scdo vō loco dicit: nō est malū: hoc autē tractum est a similitudine substantie et accidentis. vnaqueque enim suba principaliter quidē subiecta est. secundo vō loco vel alba vel bipeda vel iacens: vel quicquid substantiis accidere potest.

Falsus autem est maxime circa singula. q̄ habet contrariam opinionem. Contraria enim eorum sunt q̄ plurimum circa idē differunt. Quod si harum contraria est altera. magis vō contraria cōtradictionis manifestū est. qm̄ hec erit contraria.

¶ Uis

Cis omnis argumentationis: vt breuissime expedia-
tur: hinc est. Omne verum aut fm se verum est: aut
secundum accidens: qz necesse est etiam falsum: aut
fm se falsum esse: aut per accidens. Verum autem il-
lud esse verius constat quod scdm se est potius qz il-
lud quod per accidens: qui vo cōtrariam de re alicu-
ius bz opinionem qz res ipsa est: necesse est ut pluri-
mum falsus sit. Etenim contrarietas opinionum est
quotiens de vna eademqz re longissime a se absisten-
tes opiniones sunt. Quod igit magis falsum est: hoc
erit etiam contrarium. Illud enim quod magis a
veritate abest: hoc magis falsum est. In opinionib⁹
vo que a se plurimum differunt: ea sunt contraria. il-
la igit in opinionibus contraria est que plurimū fal-
sa est. Est autem vt dictum est plurimum falsa. que
scdm se falsa est. i. que illam perimit propositionem
que scdm se vera est. hec autem negatio est. negatio
igitur contraria est affirmationi potius qz ea affir-
matio que contrarium ponit. Talis igitur sensus bis
verbis includitur. falsus est autem magis inquit cir-
ca singula qui bz contrariam opinionē. Quamqz enī
possit esse quilibet falsus: etiam si de eadem re cōtra-
riam non habeat opinionem ille tñ magis fallitur q
contrarium aliquid opinatur. Hoc autem cur euēiat
dicit. Contraria enī eoz sunt que plurimum circa idē
differunt. Iccirco enim maxime falsa contraria oppo-
nuntur: qz contrarietas non nisi in plurimum discre-
pantibus inuenitur. Quod si harū contraria est alte-
ra. i. qz si harum propositionum vel que per se falsa ē
vel que per accidens: vnam contrariam esse necesse
est: magis vo contraria contradictionis. hoc est ma-
gis autem falsa negatio. Hoc enim quod ait: magis
vero contraria hec. hoc sensit tanqz si dixisset. magis
vero falsa contradictionis est. i. magis vo falsa nega-
tio est: concludit: si illa vt dictum est superius ita sūt
manifestū eē qm hec. i. contradictionis erit cōtraria.

Illa vero que est quoniam malus est quod bonū
est implicita est. Etenim quoniam non bonum est
necesse est forte idem ipsum opinari.

Costqz iccirco contrarium potius negationem mō
stravit esse: qd hic magis esset falsa qz ea que contra-
rium affirmaret: z distinctione falsitatis contrariam
esse propositionem opinionemqz: que rem propositaz
negaret edocuit. Nunc ex simplicibus: implicitisqz p
positionibus opinionibusqz idem nititur approbare.
Dicit enim quod ea affirmatio que contrarium pōit
implicita et non sit simplex. Iccirco aut implicita est
quod que arbitratur id quod bonum est malum esse:
mor illū quoqz opinari necesse est id quod bonum est
bonum non esse: Neqz enim aliter malum esse potest
nisi bonum non sit. Quare qui quod bonum est malū
esse arbitratur: z rem bonā malum putat: et eandem
ipsam non esse bonum. Mō igitur simplex est hec opi-
nio de bono. quoniam malum est. continet enī intra
se illam quoniam non est bonum. Qui vo opinat non
esse bonū quod bonum est: non illi quoqz necesse est
opinari qm malum est. Potest enī z nō esse aliqd bo-
num z malū non esse. Atqz hoc quidem in his inueni-
tur rebus in quibus aliqua medietas poterit inueniri
hoc quoqz cautissime addidit. His igitur ita positis:
qm triū opinio non est simplex: simplex vo ē negatio
nis: necesse est vt contra simplicem opinionēz simplex
potius videatur esse cōtrariū. Est autem simplex opi-
nio: boni qm bonum est vera. Simplex vo boni: qm

bonum non est falsa. Simplici igitur opinioni de bo-
no qm bonū est: simplex erit tria negationis: que est
boni: qm non est bonum. Tota vo vis huius argumē-
tationis hinc tracta est: quotiens vera est quedam p
positio: et due que eam perimere possint: si vna earū
nihil indigens alterius verā propositionem perimat
Reliqua vo preter alteram eandem propositionem
perimere non possit illa magis dicenda cōtraria est:
que sibi sufficiens nec relique indigens propositam p
positionem perimere valet. veram autem propositō-
nem de bono qm bonum est: sola negatio perimere
potest: z ad illius vere interitū est sibi ipsa sufficiens
que dicit qm bonum non est. Illa vo que opinat ma-
lum esse sibi sola non sufficit: nisi illa quoqz ei auxilie-
tur: que est id quod bonum est bonum non esse. Iccir-
co enim contraria illam aufert: qz secū negatōes tra-
bit: manifestum est hanc que ad vere propositionis
interitum sibi ipsa sufficit: recte magis contrariam
videri qz que sibi ipsa non sufficit nisi ei vis negative
propositionis addatur.

Amplius si etiam similiter in alijs oportet se ha-
bere z hic videbitur bene esse dictum. Aut enim
vbqz ea que est contradictionis. aut nusqz quibus
vero non est contrarium. de his quidez est falsa ea
que est vere opposita: vt qui hominem non putat
hominem falsum est. Si ergo he contrarie sunt et
alie que sunt contradictionis.

Quod de his inquit propositionibus dicimus si hoc
in omnibus inuenitur firmū debet esse quod dicim⁹
Neqz enim verisimile est in alijs quidem propositio-
nibus negationes esse cōtrarias. In alijs vo affirma-
tiones: que contrarium ponunt. Sed si hoc in oibus
propositionibus inuenitur z cōtradictionibus vt con-
tradictio potius contraria sit. i. negatio qz que cōtra-
rium bz: nihil est dubium quin hec rō cōsistat in oib⁹
bus: Sin vo in alijs ea que contrarium ponit magis
contraria est. qz negatio. Hic quoqz ita sese manife-
stum est non habere. vbi enī inueniri potest cōtrarie-
tas: in his dubitatio est que nā sit contraria: vtrūne
ea que contrarium affirmat. an ea que id quod ppo-
situm est negat. Ergo in his in quibus dubiū non est
quemadmodū sit hoc speculandum est. Dubiū autē
non est in his in quibus non est contrarietas: vt i sub-
stantijs. Hic enim sole sunt contrarie negationes. Si
ergo huic contrarie opinioni que est de homine quo-
niam homo est illa opponitur: que est de homie quo-
niam homo non est: manifestum est in alijs quoqz in
quibus contrarietas inuenitur. locum contrarietatis
negationem potius optinere. Nam si in his in quib⁹
contrarietas: est vt in bono vel malo manifestum est
non potius illam esse contrariam que bonum negat
ret qz illam que malum optineret: ei que id quod bo-
num est bonuz esse arbitretur: nec in his eā contrari-
am eē oporteret: i qb⁹ cōtrarietas nulla ē. Quid enīz
attinet cū ex homine dicim⁹ qd contrarium nō habz
ibi esse negationem contrariā. Luz vero de bono qd
contrarium bz ibi non eē. Sed potius eaz que cōtra-
rium poneret. Quocunqz enī vertit negatio: suaz vī
in omnibus seruare dz. Quod ergo dī ab Aristote-
le: vt breuiter explicem tale est: si in alijs negatio est
contraria: hic quoqz negationem esse contrariā ma-
nifestum est. Quod si in alijs minime in his queqz q
supra posuit: sed in oibus alijs in quibus cōtrarietas
non inuenit contradictio contrarietatis locum tenet

De interpretatione secunde editionis lib. vi.

et in his igitur in quibus est contrarietas eundem locum neque alium tenebit: quod his verbis explicuit: Amplius si etiam in aliis similiter oportet se habere: et hic videbitur bene esse dictum. Nam si in omnibus aliis ita se habere necesse est: et in his que supradicta sunt ita sese habet: et id quod dictum est optime dictum esse videbitur. Aut enim ubique ea que est contradictionis: aut nusquam alicubi quidem contrariam reperiet. Alicubi vero minime, quibus vero non est contrarium ut in substantiis in quibus nulla est contrarietas. Hoc enim nos si bene meminimus predicamenta docuerunt, de his est quidem falsa ea que est opposita vere: id est in his inuenitur quidem opposita falsa opinio vere opinioni: sed que sit ista manifestum est. Nam ubi nulla contrarietas est liquet contradictionis esse contrarietatem: ut qui hominem non putat hominem falsus est. Hoc enim sola contrarietas vere propositionis inuenitur. Si ergo he contrarie sunt: et ille alie que sunt contradictionis, id est in his que contrarietate non habent negationes sunt contrarie (necesse est enim aliquas esse contrarias) in aliis omnibus etiam in quibus est aliqua contrarietas: ut bono et malo negatio locum obtinet contrarietatis.

Amplius similiter se habent boni quoniam bonum est et non boni quoniam non bonum est: et super has boni quoniam non bonum est, et non boni quoniam bonum est. Illi ergo que non boni quoniam non bonum est vere opinioni que nam est contraria. Non enim ea que dicit quoniam malus est simul enim aliquando erunt vere. Nunquam autem vera vere contraria est. Est enim quidam non bonum malum, quia contingit simul esse veras. At vero nec illa que est quoniam non malum vera enim et hec, simul enim et he erunt. Relinquitur ergo ei que est non boni quoniam non bonum est vere contraria ea que est non boni quoniam bonum est falsa enim hec, quare et ea que est boni quoniam non bonum est ei que est boni quoniam bonum est.

Quocumque superius dicta sunt: ea rursus validiore proportionem argumentatione confirmat. Proportio autem est rerum inter se invicem similitudo. Si igitur posite sint res quattuor: quarum due sunt precedentes, relique sequentes et sic se habet prima ad secundam, quemadmodum tertia ad quartam: necesse est ita se habere primam ad tertiam quemadmodum fuerit secunda ad quartam. Hoc enim ipse breuiter facillimeque numeris agnoscimus. Sit enim primus numerus, ii. secundus, vi. rursus inchoantibus. Tertius, iiii. Quartus, xii. In his igitur precedentes quod sunt duo quattuor sequentes vero sex et duodecim. Sunt autem ut duo ad sex ita quattuor ad duodecim. Nam sicut duo senarii tertia pars est: ita quaternarius duodenarii tertia pars est. Quocirca sicut quaternarius precedens ad sequentem: ita alius precedens ad alium sequentem erit: et ut precedens ad precedentem ite sequens ad sequentem. Sed ad quattuor qui sunt precedentes duo medietas est, et sex igitur ad duodecim medietas est. Ergo in omni proportionem hoc respiciendum est quod si de quattuor propositis rebus sicut prima est ad secundam ita tertia ad quartam: erit ut prima ad tertiam ita secunda ad quartam. Ista igitur numerorum proportio ad propositionum vim naturamque transferatur, suntque due propositiones prime quarum una precedens altera sequens et alie rursus due quarum

una precedens altera similiter sequens, et in his fit aliqua similitudo. Si enim, prima boni quoniam bonum est, hanc sequatur boni quoniam non bonum est. Rursus sit precedens tertia non boni quoniam non bonum est, hanc autem sequens quarta non boni quoniam bonum est.

Precedentes.

Sequentes.

i. Boni quoniam bonum est. ii. Boni quoniam bonum non est. iii. Non boni quoniam non bonum est. iiii. Non boni quoniam bonum est.

Perpiciatur igitur in his que si similitudo proportionum. Est enim ut prima boni quoniam bonum est ad secundam boni quoniam non bonum est: ita tertia non boni quoniam bonum non est ad quartam non boni quoniam bonum est. Nam sicut boni quoniam bonum est vera proportio est, falsa autem boni quoniam non bonum est: ita quoque non boni quoniam non bonum est vera proportio est: falsa autem non boni quoniam bonum est. Quod si ita est et eodem modo sese habet opinio boni quoniam bonum est ad opinionem que est boni quoniam bonum non est quemadmodum est opinio non boni quoniam non bonum est ad opinionem non boni quoniam bonum est: et quemadmodum se habet prima ad tertiam: ita sese habebit secunda ad quartam. Quemadmodum sese habet boni quoniam bonum est ad eas que est non boni quoniam non bonum est: cum utique sint vere ita sese habet opinio boni quoniam bonum non est ad opinionem non boni quoniam bonum est: quod ipse quoque utique sunt false: nam sicut iste filius vere: ita ille filius false, quocirca ut est prima ad tertiam ita secunda ad quartam. Ostensa igitur hac proportione inmutato ordine eodem disponantur, sed sit prior opinio ea que est non boni quoniam bonum non est eamque sequatur boni quoniam bonum est: et sub his precedens tertia non boni quoniam bonum est: quarta sequens boni quoniam bonum non est.

Precedentes

Sequentes

Non boni quoniam bonum non est. i. Non boni quoniam bonum est. ii. Boni quoniam bonum est. iii. Boni quoniam bonum non est. iiii. Falsa. v. Falsa. vi. Boni quoniam bonum non est.

Ut igitur superius demonstratum est ita se se habet opinio non boni quoniam non bonum est ad eam opinionem que est boni quoniam bonum est quemadmodum non boni quoniam bonum est: ad eam que est boni quoniam non bonum est. Ut enim ille simul vere ita he simul false eademque proportio est. Quocirca erit sic prima que est non boni quoniam non bonum est ad tertiam eam que est non boni quoniam bonum est: ita erit secunda boni quoniam bonum est ad quartam boni quoniam non bonum est. Requiritur igitur est quemadmodum sit prima ad tertiam: ut ex eo speculemur quemadmodum sit secunda ad quartam. Dico enim, quoniam huic opinioni que arbitrat non esse bonum quod bonum est: quoniam contra illam est que arbitrat id quod bonum non est bonum esse. Age enim si potius est contra eam opinionem que id quod bonum non est bonum putat sit ea que id quod bonum non est malum putat, sed hoc fieri non potest. Contrarie enim opiniones simul nunquam vere sunt, possunt autem simul esse vere. Si quis enim parricidium quod non est bonum putet non esse bonum idem quoque parricidium quod per naturam non est bonum malum putet: vere utraque opinione arbitrat, igitur non est tria opinio ea que id quod bonum non est non bonum putet ei que id quod bonum non est malum arbitrat. Rursus ponatur eadem opinioni de non bono quoniam non est bonum tria ea que arbitrat id quod non est bonum non esse malum. Id quoque contrarium non est, fieri enim potest ut id quod bonum non

non est nec malū sit. Necq; enī oīa quecūq; bonū non sunt mala sunt statim: sed est vt bona quidē non sint tñ nec mala sint. Si q; enim lapidez ne quicq; iacem quod per se bonum non est non bonus esse putat vere arbitretur. idem ipsum lapidem q; per se bonū non est si non malum putet nihil eius opinioni falsitas incurrit. Quare qm̄ ea que ē non boni qm̄ si bonū est et cum ea que est non boni qm̄ malum est: et euz ea que nō boni qm̄ non est maluz vera aliquotiens inuenitur. neutri contraria est. Restat igitur vt ei sit contraria opinio non boni qm̄ bonum est: qm̄ opinat̄ id quod non est bonum esse. hec autem est non boni qm̄ bonum est: qm̄ opinatur id qd non est bonum bonuz esse. Contraria igitur est non boni qm̄ non bonum ē ei que est non boni qm̄ bonuz est. Sed hic ita sese hz opinio non boni qm̄ bonum est ad opinionē non bōi qm̄ non bonum est: quemadmodū opinio boni qm̄ bonum est ad eandem opinionem que est boni qm̄ non bonuz est. Sed prima tertiāq; contrarie. Secūda igitur quartaq; s̄m similitudinem proportiōis sunt sine ulla dubitatione contrarie. ¶ Potest vō et simplicius intelligi hoc modo. si boni qm̄ bonum est opinio et non boni qm̄ non bonum ē opinio similes s̄m veritatem sunt: boni autem qm̄ non est bonum: et rursus non boni qm̄ bonum est ipse quoq; similes s̄m falsitates sūt: si vna falsarum vni verarum opinionum inuenta fuerit contraria erit reliqua falsa relique vere contraria q; sola efficit similitudo. Ostenditur autem vna falsa vni vere quemadmoduz supra exposuimus contraria hoc est ea que dicit id quod non est bonum esse ei que arbitrat̄ id quod non est bonum non esse bonū. Relinquitur igitur ea que arbitrat̄ id quod bonū est non esse bonum contraria esse ei que opinatur id quod bonum est esse bonum. Qua in re colligitur negationem potiusq; contrarium ponentem affirmationem vere affirmationi esse contrarias. ¶ Per plera igitur sententia his modis quibus diximus expedita est. sed se sic habet ordo sermonum. Amplius inquit similiter se habet boni qm̄ bonum est. et non boni qm̄ non bonum est que vtreq; vere sunt. et super has bōi qm̄ non bonum est: et non boni qm̄ bonum est: q̄ sunt vtreq; mendaces. Illi ergo que est non boni qm̄ non bonum est vere opinioni que nam est contraria. hoc quasi interrogatiuo modo dictum est. Non ea que dicit qm̄ malum est qm̄ simul aliquando esse poterunt vere. hoc autem in contrariis non potest inueniri. nūq; enim vere vera contraria est. quemadmoduz aut fieri pōt vt simul sint vere qm̄ est quiddā non bonū malum. quare contingit simul veras esse. At vō nec illa que est non malum. Simul enim et be erunt. i. pōt sunt aliquando simul esse vere: in his presertim reb; que inter bonum malumq; sunt. Relinquitur ergo ei que est non boni qm̄ non bonuz ē que vera est contraria ea que est non boni qm̄ bonum est: que falsa est et simul vera nō pōt inueniri. Quare ad similitudines superius positā reuertitur: vt dicat et eam que est boni quoniā non bonum est contrariam ei que est boni qm̄ bonum est: q; si quis ea que superius dicta sunt diligentius intuetur: nec in totius sententie statu nec quicq; in ordine fallitur

Manifestum est autem quoniam nihil interest: nec si vniuersaliter ponamus affirmationem. huic enim vniuersalis negatio erit contraria: vt opinio m̄ que opinatur. quoniam omne quod est bonum

bonum est: ea que est. quoniam nihil horum que bona sunt bonum est.

In superiori argumentatione omnia de infinitis explicuit. Sed qm̄ fortasse aliquis poterat suspicari non eandem rationem esse posse in his ppositionib; que sunt definite: atq; in his aliquid interesse: vtrum eadem demonstratio eis que definite sunt eueniret hoc addit nihil interest vtrum eandem demonstrationē quam ipse superius in propositionibus indefinitis fecit. quisq; faciat in vniuersalibus que iam sine dubio definite sunt. Si quis enim s̄m indefinitarum propositionum superiorem dispositionem definitas disponat: easq; s̄m predictum modum speculetur: non aliā vniuersalis affirmationis opinioni contrariam reperiret: quam eam que vniuersalis negationis opinio. Nihil enī interest iter indefinitas definitasq; ppositiones: nisi q; indefinite quidem sine determinatione definite vō cū augmento determinationis sunt: vel vniuersalitates vel particularitates. hoc est enim quod ait: nihil interest nec si vniuersaliter pōatur affirmatio. vniuersali namq; affirmationi vniuersalis contraria erit negatio: vt opinioni que opinatur quoniā omne quod est bonum bonum est: que. s. est v̄lis affirmationis: ea sit contraria que est: qm̄ nihil eorum q̄ bona sunt bonum est: hoc est opinio v̄lis negationis. hoc autem cur fiat ostendit.

Nam eius que est boni quoniā bonum est si vniuersaliter sit bonum. eadem est ei que opinatur quod bonum est. quoniam bonum est. Hoc autem nihil differt ab eo quod est. qm̄ omne qd est bonū bonum est. Similiter autem et in non bono.

Gradatim indefinitam propositionem ad similitudinem vniuersalis adduxit. dicit autem quecūq; fuerit indefinita propositio ei si quod in sermone solem; dicere quicquid addat vniuersalis sit: vt nihil omnino distet ea que ad rem in affirmatione omne predicat: vt ea opinio v̄l propositio que est de bono quoniā bonum est. hoc. s. opinatur quoniam bonum bonum est huic si addatur quicquid: vt ita dicamus quicquid bonum est bonum est: nihil differt ab ea que opinatur omne bonum bonum est. Quare eadem vis est superioris demonstrationis in propositionibus indefinitis que etiam in vniuersalibus que paululum quiddā distant: sed non ad qualitatem nec ad vim propositionis sed ad quantitatem refertur. Vniuersalitas enim quantitati opponitur. Et sensus quidem huiusmodi est: verba vō sic sunt. Superius proposuerat nihil interesse an indefinita esset propositio an vniuersalis. Cur autem nihil intersit hoc modo dicit. Nam ea q̄ est boni quoniam bonum est. i. indefinita affirmatio si vniuersaliter sit bonum. i. si bonuz vniuersaliter pferatur. eadem est ei que opinatur quicquid bonum est: quoniam bonuz est. i. nihil discrepat ab ea opinione que opinatur quicquid bonum est bonum esse. huiusmodi autem opinio nihil differt ab ea que aperte vniuersaliter proponitur: que est omne quod est bonum bonum est: Similiter autem et in non bono. i. si bonum eadem ratione dicimus. Ea namq; propositio vel opinio que opinatur non bonum esse: si ei addatur vniuersalitas: nihil differt ab ea que vniuersaliter aperte proponitur: que est omne quod bonum non est non est bonum.

Quare si in opinione sic se habet. Sunt autem he que sunt in voce affirmationes et negationes no

De interpretatione secunde editionis lib. vi.

te eorum que sunt in anima: Manifestum est quoniam affirmationi contraria quidem negatio est circa idem vniuersalis. vt ei que est quoniam omne bonum bonum est. vel quoniam omnis homo bonus est. ea que est quoniam nullum vel nullus. Cōtradictorie autem quoniam non omne: aut non omnis.

Superiores omnes argumentationes ad bonum tollit: redigitque ad conclusionem omnem questionis viz supra enim negationes et affirmationes earum contrarietates de opinionibus pensare oportere predixerat: Nunc vero quoniam in opinionibus reperit illam triam esse que est vltis negatio: idem refert ad propositiones: que manifestum est quoniam voces sunt et significatiue ad passionem designare. In principio enim libri significatiuas voces passionem anime monstrare veraciter docuit. nunc ea velut probaturus quoniam in opinionibus illa contraria vniuersali affirmationi reperta esset: que est vniuersalis negatio potius est quam ea que contrariam vniuersali affirmationi affirmaret: idem quod arbitratur in vocibus prouenire hoc est affirmationi vniuersali non affirmationem contrariam rem ponentem sed vniuersalem negationem esse contrariam. contradictorias vero eas que cum affirmatio vniuersalis esset particularis negatio inueniretur. Atque hoc quidem plenissime dictum est: nec aliquis in verbis error est. sed nos vt cetera nihil ambiguum relinquentes ipsorum quoque verborum sensum eorumque ordinem prosequimur: Ait enim. Quare si in opinione se sic habet. i. quod opinio negationis contraria inuenitur opinioni affirmationis potius quam contrarium ponens affirmatio. Sunt autem he que sunt in voce affirmationes et negationes note earum que sunt in anima. Nam sicut in voce affirmatio et negatio est. ita quoque etiam in opinione cum ipse animus in cogitatione sua aliquid affirmat: aut aliquid negat. quod nos alio loco diligentius expediemus. ergo quoniam affirmationes et negationes que sunt voce note earum sunt affirmationum vel negationum que sunt in anima: manifestum est quoniam est affirmationi contraria quidem negatio circa idem vniuersalis. circa idem autem addidit ne distinctim affirmationes et negationes contrarias diceremus: sed ait affirmatio et negatio esset de vna eademque re: et illam quidem vniuersaliter affirmare illam vero vniuersaliter negare. Earum autem hec sunt exempla: vt ei que est quoniam omne bonum bonum est: vel quoniam omnis homo bonus est: ea que est quoniam nullum. i. nullum bonum bonum est que contraria est: vel quod nullus hoc est nullus homo bonus est. Contradictoria autem aut non omnis idest non omnis homo bonus est contra eam que dicit omnis homo bonus est. aut non omne hoc est non omne bonum bonum est contra eam que dicit quoniam omne bonum bonum est. Constat igitur in his propositionibus quas supra posuit magis esse contrariam affirmationi que dicit omnis homo iustus est eam que dicit nul-

lus homo iustus est potius quam eam que dicit omnis homo iniustus est.

Manifestum est autem quoniam et veram vere non contingit esse contrariam. nec opinionem: nec contradictionem. Contrarie enim sunt que circa opposita sunt. circa eadem autem contingit verum dicere eundem. simul autem non contingit eidem inesse contraria.

Post hec libri terminum expedit in ea speculatione et demonstratione: per quam id verum sit manifestum est omnibus duas propositiones veras non esse contrarias: tamen id ipsum monstrare conatur. Est autem huius argumentationis ingressus huiusmodi ea que sunt contraria: opposita sunt. opposita vero non possunt eidem simul inesse. Contraria igitur eidem simul inesse non possunt. de quibus autem simul aliquid verum dici potest: illa simul eidem inesse possunt que vero simul eidem inesse non possunt: de his simul vere propositiones affirmatio et negatio esse non possunt. Sed contraria simul eidem inesse non possunt. que igitur si verum dicunt: contrarie non sunt. ideo quoniam de quibus affirmatio et negatio simul vere esse possunt: illa si eidem insunt. Quocirca que simul vere sunt contrarie non sunt. Sensus quidem hic est: verba autem sic constant. Manifestum est autem inquit quoniam et verum vere non contingit esse contrarium idest duas veras propositiones non posse esse contrarias nec opinionem nec contradictionem. si opinio non est vera vere contraria: multo magis nec contradictio que ex opinionibus venit. Contradictionem autem hic pro contrarietate posuit. de ea enim non agebatur. Contrarie enim sunt que circa opposita sunt. i. omne contrarium est oppositum. Circa autem eadem contingit verum eundem dicere: ideo quod de his solis et negatio et affirmatio vere simul esse possunt: que eidem simul esse contingit: simul autem eidem non contingit inesse contraria: vt concludatur quoniam de quibus et affirmatio et negatio simul vere sunt: ea simul eidem inesse possunt. contraria vero simul eidem inesse non possunt. quod ergo si vere sunt: non possunt esse contraria.

PERORATIO

Moster quoque labor iam tranquillo constat portu. nihil enim (vt arbitror) relictum est: quod ad plenam huius libri noticiam pertineret. Quare si rem propositam studio diligentiaque perfecimus erit. perutile his qui harum rerum scientia complectendarum cupiditate tenebuntur. Sin vero minus id effecimus: quod nobis propositum fuit: vt obscurissimas huius libri sententias enodaremus. Labori nostro nihil vt alius nocituro et si non oportebit obloquitur.

FINIS.